

pediur appellatio, & ejus persecutio. Et sic non possumus dicere tali casu, non esse appellationem. quia possit quodlibet gravamen reparari, quia quoad id. integra manet appellandi permissio, sed tantum quoad executionem sententiae, quod est multum diversum, & nullum inconueniens, quomodo appellatio ab ipsa interposita, desinat reparare praecedens gravamen, prout probant manifeste Doctores supracitati pro parte negativa hujus questionis principalis, ubi quam plurimos retulit, hoc ipsum evidenter sentire, dum firman quod ubi datur appellatio devolutiva, non dici gravamen irreparabile, per appellationem à diffinitiva, ut fecus esse videatur, quando quoad utrumque effectum appellatio est prohibita. Vide quae diximus supra, à nu. 39. cum sequentibus, hoc cap.

84 Et hanc nostram opinionem fert Concilium Trident. sess. 13. de reform. c. 13. (quod haecenus nunquam vidi ponderatum, nec etiam allegatum ad propositum,) quod postquam disposuerat, ut ne in causis criminalibus appelleretur ab interlocutoriis, sequitur dicens (nisi gravamen hujusmodi per diffinitivam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit) qui Concil. Tridentin. locus intelligendus est, quando nullo modo appellari potest à diffinitiva, nec quoad suspensivum, nec quoad devolutivum: non tamen quando appellatio non suspendit effectum sententiae, & admittitur quoad devolutivum, quia tunc non potest dici, non posse appellari, ex his, quae jam dicta sunt.

85 Et quoniam Concilium Trident. dixit (vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit) & ubi in jure, vel dispositione invenimus, appellari non posse; intelligere debemus de utroque effectu esse prohibitionem, tam devolutivo, quam suspensivo, simul & semel; non tamen suspensivo tantum, ita eleganter tenet Decius in rubr. de appellat. nu. 5. Rol. à Valle consilio 77. viso, nu. 16. lib. 2. Abb. in cap. ad reprimendum, de officio ordinarii, quos refert sequitur Lancelot. Rob. de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 25. nu. 29. & idem in eadem. 2. p. cap. 12. limit. 3. nu. 58. & hoc idem non obscure sentit Petrus Surdus decis. 36. nu. 21. & 22. cum sequentibus, qui expressè loquitur, quando omnino denegatur appellatio recursum, ubi disputat, quid quando datur ad Principem supplicatio, quo casu ab emergentibus pariter dicit appellationem esse permitendam, quia supplicatio pendet à voluntate Principis, quod impossibile reputatur, juxta l. apud Julia. §. fin. de leg. 1. l. quis cum major. in prin. ff. de bonis l. quem omnino vide per totam decisionem; ergo de appellatione omnimodo & absolute prohibita intelligendum est Concilium. Vide quod annotabimus infra, hoc cap.

Quod Tridentinum Concilium non sine mysterio id decidit in criminalibus causis, ut ex eo patet, in quibus quando appellatio prohibetur, raro, aut nunquam prohibetur, quoad effectum suspensivum tantum, sed quoad utrumque simul, ut in duce seditionum, notorio criminoso, convicto confesso, virginam raptore, & similibus suo loco infra, 3. p. dicendis, & sic de his prohibitionibus intelligendum est.

Quo etiam sensu intelligendus est Aegidius Bossius in tractatibus variis crimi. titulo de appell. n. 10. & 11. ut dicit, quod licet ubi prohibetur appellatio à principali, non etiam intelligitur prohibita ab accessoriis & impensis: ex Doctoribus ibi adductis per eum. Ubi autem prohibetur appellatio in delictis, non intelligitur prohibita ab incidentibus, seu emergentibus, ex Bart. in l. arbitrio. in primis verbis, ff. qui satisdare cogantur, 88 quoniam quando in istis prohibetur, semper ferè est quoad utrumque effectum, & sic ad ea, quae frequentius accidunt jura adaptari debent, l. nam ad ea, de legibus.

Quo etiam sensu intelligendi sunt Ang. consil. 46. incip. viso puncto, nu. 7. vers. licet autem, & consil. 188.

incipit sed nunc nu. 2. Marant. in praxi. 6. part. tit. de appellat. num. 355. Hieronym. Gonzal. in regul. referenda. gl. 9. §. 1. tit. de nulli. & attent. nu. 201. dicentes, 89 ab interlocutoria summa cum ratione posse appellari; quando à diffinitiva prohibuitur est, rationem reddentes, quia gravamen interlocutoriae non reparari posse reparari, per appellationem à diffinitiva, cum ab illa non possit appellari: quae ratio nullo modo convenit ei appellationi, quae potest interponi, & sequi eoram superiori, licet interim sententiam exequatur, cui appellationi nihil detrahitur quod hunc effectum, ut possit reparare gravamen, ita plures DD. intelligendi sunt, non aliter, ut supra diximus.

Quo etiam modo intelligitur quod dicit Archid. Joann. Anton. & Geminian. in c. ut inquisitionis, de haeret. l. 6. dicentes, quod licet haereticum non possit appellare à diffinitiva, poterit tamen appellare ab interlocutoria, in eadem causa lata, quia cum his in casibus appellatio prohibita sit, quoad utrumque effectum, nimirum, gravato per interlocutoriam permittatur appellatio, qui ex quo nullum habet recursum post sententiam diffinitivam, & aequitas, quam in hujus questionis membri resolutione sequitur simul cum juris ratione suadet, ut omnes causae particulare rimentur, & iterum ac iterum inspiciantur, & justificentur eo modo, ut quando deveniatur ad diffinitivam, veritas eluceat, & nullum dubium, & obscuritatem habeat, & eaque prolata, sine scrupulo ad executionem, non admittat appellationem, quae devenit; pro quo expendo textum famosum in l. ne causas, Cod. de appellat. ibi, quoniam verendum est, ne lis incognito negotio dirimatur, adempta copia conquerendi &c. juncta l. r. ff. à quibus appellare non licet, quae notant gl. & Doctores in d. leg. ne causa, ideoque praedictorum omnium Doctorum doctrina procedit, quando sibi aliquo appellationis remedio gravato non potest provideri; fecus autem esset, si eo providere valuisset; ut bene responderet, & intelligit Menoch. de adipsen. postrem. 4. n. 817. & praeceptum n. 819. quem vide.

Et tandem haec nostra opinio probatur ex text. argumento in l. 1. §. questum, ff. de appellat. ibi si quis forte interloquutus fuerit Principem se consultorum; cum possit post referendum provocare, per quem text. & per l. 2. ubi gloss. & B. de appell. recipi. & Bald. in l. 2. C. de Episcopa. audi. dixit Anton. Natta in cons. 121. nu. 4. quod omnino dicitur gravamen irreparabile per appellationem à diffinitiva illud, à cuius diffinitiva non appelleretur, quia est prohibuitur, & ita à praedicto gravamine appellari posse.

Igitur in questione principali duae sunt regulae confirmenda. Prima regula sit, iudicem Ecclesiasticum vim non facere, non deserentem appellationi emissa ab interlocutoria, lata super articulis incidentibus, vel emergentibus in causa, à cuius diffinitiva, seu negotio principali non admittitur appellatio quoad unum effectum, suspensivum scilicet, quam regulam admittas cum declarationibus suprapositis in primo distinctionis membro questionis principalis. Secunda regula sit, iudicem Ecclesiasticum vim evidenter facere, si negaverit, recusaveritve deserere appellationi ab interlocutoria, quovisve alio gravamine, emissa in causa prosecutione, à cuius diffinitiva nullo modo admittitur appellatio, nec quoad effectum suspensivum, nec etiam quoad devolutivum: quae regula colligitur ex secundo membro distinctionis praefate questionis nostrae.

Et ad complementum, atque omnimodam perfectionem nostrae resolutionis, illud debes annotare, quod inter nostros, in quas jam est sententia, alii ut in possessoris de jure civili appellatio sit prohibita, quoad suspensivum effectum duntaxat, alii verò dicitur

Ad contraria non opinionem tenere, ut scilicet, sit prohibita quoad utrumque effectum, & devolutivum, & suspensivum simul, quam magna Doctorum caetera fuit simplex, quorum nomenclaturam recentem infra, 3. p. c. 12. vers. ultra quos hanc, à nu. 67. quam communem, & magis communem esse quoniam plures affirmarunt, de quo vide ibi: quia opinio reuera nihil mirum, ut nonnulli Doctores assererent, à sententia interlocutoria lata in possessorio appellationem habere utrumque effectum, ex eo moti, quia à diffinitiva prohibita extat (ut plurimum putarunt) quoad utrumque effectum, & sic hac opinione attentata, illi Doctores in nostra questione rectè procedunt, & loqui dicendum erit, juxta ea quae haecenus dicta sunt, & quae nos advertimus d. c. 12. in d. 3. p.

CAPUT VII.

A sententia adversam qualitatem habente, alia quae prohibet, alia appellationem permittens, si appellationi emissa iudex in totum non deferat: an violentiam facere dicatur? & quid quando una qualitas apponitur conditionaliter ad aliam, ut etiam successivè.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatio à tota sententia an sit deferendum, quae partim prohibet, partim permittit appellare.
- 2 Favor & odium ubi concurrunt, dispositio an censatur odiosa in totum.
- 3 Sententia, quae partim prohibet appellationem, partim verò permittit, continet favorem, & odium.
- 4 Regula negativa, & permissiva ubi concurrunt, quae sit sequenda.
- 5 Privilegium duobus concurrerit, alio permissivo, alio prohibitivo, quid attendendum.
- 6 Obligatio duae ubi concurrunt in eadem persona, potentior alteram vincit, & perimit.
- 7 Negativum potentius est affirmativo.
- 8 Negatio plus negat, quam affirmatio affirmatio.
- 9 Magis dignum trahit ad se minus dignum.
- 10 Negativa praecipua magis efficacius obligant, & adstringunt, quam affirmativa.
- 11 Qualitas potentior praeponderat, & praedominatur.
- 12 Res à potentiori denominatur.
- 13 Fundum ex gratia, & pecunia, si gratia praeponderat pecunia, gratiosum dicitur.
- 14 Qualitatis virtus est, rei naturam immutare.
- 15 Eaque in diversam speciem convertit.
- 16 Qualitas adveniens enti, reponit illud in diversam naturam.
- 17 Qualitas formam ostendit.
- 18 Alienationis immobilium prohibitio, & mobilium permissio, si simul conjungantur, prohibitio ad se trahit permissio.
- 19 Haereditas, quid est universum, apta comprehendere mobilia, & immobilia.
- 20 Tutor an sine decreto possit alienare, & repudiare haereditatem, quae habet mobilia & immobilia.
- 21 Sententia est individua.
- 22 Sententia non potest contrarias effectus operari.
- 23 Res una non potest diverso jure censi.
- 24 Res una non potest contrarias effectus operari.
- 25 Causa dicitur criminalis, si pars pecuniaria applicatur fisco.
- 26 Prohibitione appellationis, & permissione simul in sententia concurrentibus, in totum esse appellationem prohibitam, qui censentur.

27 & 28. Mixtura ratione appellatio multoies permittitur à tota sententia.

28 Prohibitio appellationis, & permissio si in sententia concurrant, in totum esse deferendum, probatur, & sequitur.

Cap. super questio. §. si verò de officio deleg. ponderatur, ibid. & n. 122.

29 Clausula (appellatione remota) non transit in subdelegationem.

30 Compositum ex diversis speciebus non habens certam naturam quandoque recipit naturam unius, quandoque alterius assumit.

31 Qualitas naturalis, & accidentalis ubi concurrunt, illa hanc trahit.

32 Pupillo, cui supervenit furor, non est dandus curator.

33 Appellationis permissio ubi qualitas naturalis est iurisque causae.

34 Appellationem non esse permissam in aliquo casu, qui asserit probare tenetur.

35 Favor, & odium quando simul concurrunt, an dispositio tota iudicetur favorabilis.

36 & 37. L. 1. §. veteris, de acquir. possess. interpretatur.

38 Qualitas contraria ubi concurrunt, an attendatur potentius permissiva.

39 & 40. Et quid si concurrant in diversis subiectis.

41 Status disponente non posse inquiri contra advocatum, alio autem, quod contra militem inquiratur, si aliquis miles, & advocatus, an delinquens patitur inquisitionem.

42 Qualitas negativa appellationis, & permissiva ubi sunt complexivae esse in utraque admittendam, qui teneant.

43 Mixtura ratione in causa possessoria in totum admittitur appellatio.

44 Causa negativa, & permissiva appellationis concurrentes in sententia, an sit in totum deferendum, variet, & confusè loquuntur Doctores.

45 Qualitas negativa, & permissiva appellationis concurrentes circa idem inseparabile, in totum denegatur appellatio.

46 Qualitatis diversitas affirmativa, & negativa appellationis concurrentes circa diversas sententias, & separabilia capitula, unaquaque suum effectum operatur.

47 & 48 & 49. Qualitatis diversitas appellationis permissivae, & prohibivae, quando circa idem concurrat, ut appellatio in totum admittatur, redduntur exempla.

50 Qualitates contrarias circa idem suos effectus operari, monstruosum est.

51 Res una circa seipsum non potest diverso jure censi.

52 Qualitas debitor cedit potentiori, ubi utraque concurrat.

53 Sententia tot, quot capitula, & quando.

54 Retrahitur an locum habeant, ubi simul venduntur res immobiles.

55 Condemnatus ad salarium, & aliam rem, exequitur sententia pro salario, & non super re.

56 & 57. Appellatio à sententia respectu possessionis ex leg. fin. Cod. de edicto Divi Adri. non accutitur, respectu autem fructuum, & interesse sic.

58 Doctoris dicta debent intelligi secundum iura ab eo citata.

60 Fructuum, damni, aut interesse respectu sententiae super possessorio non suspenditur per appellationem, sed respectu possessorii duntaxat.

61 Quae opinio communis, & verior est.

62 Appellationi à sententia respectu possessionis momentanea minime deferretur, licet respectu fructuum sic.

63 Quoad extenditur etiam respectu fructuum futurorum, ut in exemplo.

64 Sententiae tot sunt, quot causae, & capitula separabilia.



- 65 Stipulationes tot sunt, quot species separata.
66 Qualitas utraque prohibitiva, & permissiva appellacionis operatur in suo capitulo sententia diversa.
67 Sententia potest pro parte valere, & pro parte non, ubi sunt plura capitula separata.
68 Summa ex diversis causis an coarcentur, ut faciant sententiam appellabilem.
69 Sententia tot sunt, quot summa ex diversis causis debita, ubi de exemplo.
70 Sententia tot sunt, quot annua pensiones, & distincte in petitione.
71 Statuto stante, ut hamitus pro centum offendatur, an dua causa diversa possint conjungi, ut faciant centum, & queat offendi.
72 Fructus, an interesse non computatur in sorte principali ut ascendat ad summam appellabilem, & commissibilem per Rotam.
73 Summa plures petitae ex eadem causa, & obligatione simul coarcentur, ut ascendat ad summam appellabilem.
74 Utile non vitiatur per inutile in rebus diversis.
75 Favor, & odium ubi concurrunt circa idem, an tota dispositio iudicetur favorabilis.
76 Qualitas favorabilis, & odiosa qualitas concurrentes circa separabiles unaqueque suum effectum operatur.
77 Dispositio una respiciens plures personas ex diversis capitulis, favorabilis, & odiosa extenditur, & restringitur juxta suum caput.
78 L. generaliter s. ff. de fidejuss. interpretatur.
79 Illatio non fit a separatis, & diversis.
80 Communio disensionem praestat, & pacem turbat.
81 Res eadem diversorum respectu potest diverso jure censeretur.
82 Contraria possunt ex eadem re procedere ex diversis respectibus.
83 Causa eadem interdum est diversorum effectuum diversis rationibus.
84 Reprobare possumus, quod approbavimus diversis respectibus.
85 Damnum & primum potest quis consequi ex eodem facto.
86 Appellacioni a sententia adversam qualitatem habente circa idem, non esse deferendum a neutra parte sententia, regula constituitur.
87 Appellacioni a sententia adversam qualitatem habente circa diversa capitula, partim deferendum, & partim non, juxta uniuscujusque qualitatis naturam, regula proponitur.
88 Mixtura super possessorio, & proprietate recipit in totum appellacionem, & seqq.
89 Causa proprietatis absorbet, & supprimit causam possessionis.
90 Sententia denominatur a potentiori, cui magis incalcet.
91 Mixtura possessionis, & proprietatis in sententia, si ve proveniat ex natura possessorii, si ve extrinsecus, quia permittitur agi de proprietate, appellacionem permittit in totum.
92 Mixtura possessorii, & petitorii quatuor modis potest considerari.
93 Mixtura ut admittat appellacionem, attenditur sententia dumtaxat.
94 95 & 96. Sententia lata in possessorio pro auctore turbato, & super proprietate pro reo illa sententia possessorii sit exequenda, & quid in profanis.
97 & 98. Sententia in beneficiis lata super possessorio, pro auctore turbato, & super petitorio pro reo si super utroque est actum an sententia super possessorio

- sit exequenda.
99 & 100. Sententia lata pro reo turbante super possessorio, & pro auctore super petitorio, an sententia super possessorio sit exequenda.
101 Qualitatum diversitas prohibitiva, & permissiva appellacionis si concurrat circa principale, & accessorium, attenditur causa principalis, a qua regulatur accessorium.
102 Sententia lata super principali, & fructibus rei, si res non recipiat appellacionem, nec fructus, aut interesse, ibidem.
103 Appellatio prohibita super principali, intelligitur etiam prohibita super accessorio contento in eadem sententia.
104 Articulus incidens regulatur juxta naturam principalis causae.
105 Mixtura possessorii, & petitorii recipit appellacionem, quia petitorium uti majus ad se tradit possessorium.
106 Possessorium venit accessorie ad causam proprietatis ubi simul tractantur.
107 Mixtura non operatur permissionem appellacionis, quando petitorium incidit tractatur in possessorio.
108 Titulus, ut dominium quando limitatur deducitur ad possessionis justificationem tantum, appellatio non suspendit possessorem.
109 Mixtum non dicitur possessorium sed merum, quando titulus deducitur ad justificationem ejus.
110 Petitorium intendit aliud est, aliud vero possessorium justificare cum titulo, ubi causa natura ita postulat.
111 Mixtura ratio cessat, ubi nullitas accessorie continetur in sententia.
112 Appellabilitas pendet ab eo quod principaliter agitur non ab accessorio.
113 Principaliter quod agitur, semper attenditur, non quod sit accessorie, & consecutive.
114 Liquidationis articulus vestitur natura executivi iudicii, cui incidit.
115 Accessoria causa non debet mutare naturam principalis, sed e converso.
116 Prohibito aliquo, prohibentur omnia, per qua pervenitur ad illud.
117 De accessorio idem est iudicium, quod de principali etiam in iis, qua sunt stricti juris.
118 Fructuum in possessorio, quo non veniunt, ut in leg. fin. Cod. de edicto Divi Adri. facta condemnatione veniunt aequae principaliter, non accessorie.
119 Fructus sicut natura exigunt interdicia.
120 Et in iis fructus veniunt accessorie.
121 Fructus sequuntur naturam iudicii possessorii, quando veniunt accessorie ad illud.
122 Cap. super quaestionum. s. si vero, de officio delegati. interpretatur, & seqq.
123 Permittitur appellatio, quando cum iudice a quo non potest appellari, simul iudicat alter, a quo appellatur.
124 & 125. Ab alimentorum sententia continente excessivam taxationem, an appellatur, remissive.
126 Liquidum sententia, aut instrumenti quarentigati exequitur suspensio illiquido.
127 128 & 129. Tertius, cuius exceptiones jure regio examinantur in via ordinaria, an possit impedire appellans executionem sententiae de remate lata, non obstantibus tertii oppositionibus.
130 Qualitatum diversitas concurrentes circa diversas personas, operatur unaquaque juxta suam naturam.
131 Sententia additionis lae contra debitorem executio suspenditur respectu tertii oppositoris, qui ab ea appellat.
132 Qualitatum diversitas prohibitiva, & permissiva appellacionis concurrentes successive, qua sit attendenda.
Exhibendi

- Exhibendi sententia non recipit appellacionem, ibid.
133 Subrogatum fortitur naturam ejus, in cuius locum subrogatur.
134 Sententia subrogati in locum ejus, a cuius sententia non appellatur, an recipiat appellacionem.
135 Stipulatio ad aliquid faciendum, est indivisa.
136 Subdelegatus a delegato cum clausula (appellacione remota) non potest cum eadem clausula procedere.
137 Stipulatio, navem facere premitto, & si non fecero, centum, dua stipulationes sunt.
138 Qualitas appellacionis apposta conditionaliter ad aliam diveria dicitur, tamen una ab altera dependens, pura prior, conditionalis secunda.
139 Qualitate priori opposita conditionaliter in sententia non purificata, sola secunda remanet in sententia, qua sola attenditur.
140 Causa perempta qualitas ei injuncta non subsistit.
141 Sententia via concepta, (si non exhibeat, tot solvat) est conditio protelativa, cuius defectus per appellacionem manifestatur.
142 Qualitas, qua ob defectum conditionis sola remanet in sententia, attenditur quoad prohibitionem, vel admissionem appellacionis.
143 Petitorium absorbens possessorium attenditur ad effectum appellandi.
144 Qualitates diverse apposte in sententia, operatur una post alteram, diversis temporibus, & respectibus attenduntur, & operantur.
145 Sententia, qua missio in possessione ex lege fin. datur, additurque, ut ea apprehensa pro indiviso fiat partitio inter coheredes, non dicitur mixturam continere.
146 Iudex non potest esse subrogatus, qui principaliter non potest esse.
147 Subrogat ut idem sit jus, requiritur paritas rationis in utroque.
148 & 149. Exhibere condemnatus, & in defectum juretur in litem, potest appellare.
150 Sententia an possit exequi pro pena apposta in casu non partitionis.
151 Pena corporalis commutatio ob defectum pecuniariae, an sit exequenda.
152 Pena commutatio ob defectum pecuniariae quando fit facienda.
153 Qualitas qua remanet in sententia, exequitur qualis illa sit, si sententia sit transacta in rem iudicatam.
154 Sententia ad centum, quae si non solvat intra mensem, condemnat ad trimeses, transacto termino fiet executio in pena corporali.
155 Qualitatis diversitas, seu mixtura circa admissibilitatem appellacionis apposta in libello non attenditur, sed in sententia.
156 A sententia data super possessorio non appellatur, licet actum fuerit simul de petitorio.
157 Possessorium recuperandae dumtaxat si sit intentatum, & iudex pronunciet super l. si quis in tantam, licet appellari.
158 Qualitas extra sententiam attenditur, quando lata sit simpliciter super remedio possessorio habente indivisibilitatem causam proprietatis annexam.
159 Sententia lata generaliter restringitur ad profanata.
160 Sententia in possessorio regulariter a petitione, quando potest recipere petitionem juxta formam libelli.
161 Qualitas sententiae non attenditur, quando appellatio semel fuit facta appellabilis.
162 Doctores vix tangunt quaestionem, an sit appellandum a sententia continente diversam qualitatem generaliter, sed specialiter tantum in uno articulo, scilicet, mixtura possessorii, & petitorii.

Um hanc quaestionem loco regulae scribamus, qua omnia sententiarum species valet convenire: ideo nec inconveniens, nec inutile erit, neque ordinem perturbare videbitur, si eam hoc loco inseramus, & ad partes dispertemus. Et pro negativa: iudicem Ecclesiasticum vim nullam facere, si appellacioni hujusmodi recusat deferre in totum etiam ab ea parte, a qua appellatio permittitur, probatur primo, quando in aliqua dispositione concurrunt favor, & odium, ea censetur simpliciter odiosa: tenet Joannes Andr. in c. ult. super gloss. s. quae est in verbo similibus, & ibi quoque Petrus Ancharra. Domini Philipp. Franch. super eadem gloss. de verb. signi. lib. 6. Bald. in l. i. col. i. versiculo etiam nota quod privilegium, ff. de consil. Principum, Nicol. Millis in suo reperto. vel dicitur favorabilis, & iterum in verbo privilegium si unam; sed sententia, qua concurrunt appellacionis permittio, & prohibitio, odium & favorem concurrere constat, favorem nempe; ex parte permissionis, odium vero ex parte prohibitionis, ut vulgare est; ergo haec prohibitio simpliciter, & in totum sequenda est, ac propterea in totum esse sententiam inappellabilem, & per consequens vim nullam, si non dederatur.
Secundo & pro hac eadem parte fortiter facit: nam ubi reperitur dua regulae, una affirmativa, & alia negativa, hanc potius sequendam, & attendendam esse, probat textus in l. tutor quoad 3. in ordine, s. liberti, versiculo sed si patronum suum, ff. de suspensis tutoribus, junctia l. i. s. consequens, eodem tit. per quae jura ita tradunt hanc doctrinam Jacob. de Areti. Dinus, & Bari. in prioribus lectionibus, quod etiam sequitur Alex. in l. si convenit, col. i. ff. de re jud. & ubi concurrunt duo privilegia, aliud prohibitorium, aliud permissivum, illud potius praevaleat, & sequendum esse, l. si Rufin. vir clarissimus, & ibi Bald. in princ. Raphaelis Fulgo. Alex. Franc. Areti. & Jas. Cod. testam. militis, & idem esse in duobus statutis affirmat Socin. consil. 79. s. eff. mus in terminis, col. 4. vers. confirmatur, quia hic, l. 4. Rebuff. in repet. l. boves, s. hoc sermone, 7. limit. n. 6. ergo in nostro casu similiter dicendum est, prohibitionis sententiae, non permissionis esse inhaerendum.
Probatur tertio, quando dua obligationes, vel sententiae concurrunt in eadem persona circa idem, potentior alteram vincit, & petunt: text. est in l. generaliter, ibi, quia rei obligatio plenior est, quinta in ordine. ff. de fidejuss. & mandatori cum aliis. Sed robur negativae viribus multo fortius est, & potentius quam robur affirmativae, si ve permissivae, ut dicunt Alberi. & Paul. de Castro in l. hoc genus, ff. de conditio. & demonstr. Philip. Dec. in c. nam concupiscentiam, de const. col. i. in 3. nota. in l. lectura, quia plus negat negatio, quam affirmat affirmatio, Liquidum adstringenda, l. luminum s. ult. ff. de servi. urbanor. praedi. & quod habetur in l. is qui ducenta, s. sed utris n. ff. de rebus dubiis, & l. filius familias donare, s. penult. ff. de dona. junctia Lalicenorum, s. donationis, & ibi gloss. ff. de verb. signi. l. i. s. editiones, & ibi Bald. post Raine ff. de edendo. L. cum qui, s. si libertus de jurejur. junctia l. si juravero, ff. de jure patrona. & voluit gloss. in c. cum dilectus, in verbo suspensis, versic. alii dicunt, & melius, & ibi Anton. de consuetudine. Bald. in proemio decretalium, col. 4. versic. it. m. potius, ubi ad hoc allegat legem Sabinus, ff. communi dividundo, Socinus, in l. servi electione, col. ult. ff. de leg. n. Jas. in l. si arrogator, col. antepenult. versic. 3. contra dec. & ibi ad idem contra, ff. de adoptionibus, August. Bero. in c. i. col. i. de rebus Eccles. non alienan. ergo pars negativa, & prohibitiva, in sententia ut fortior, atque potentior, in totum debet opprimere, & confundere partem permissivam, & affirmantem appellacionis.
Quarto & huic parti proderit, quia magis dignum trahit ad se minus dignum, text. in cap. per tuas, cup. contingit,



contingit, de arbi. c. 2. de consecratione Eccles. vel alta. Gonzal. in reg. de refer. gloss. 18. n. 9. juxta ea quæ adducit Covar. in practi. q. cap. 36. n. 5. versiculo tercio oportune queritur, sed præcepta negativa magis digniora sunt affirmativis, cum potentius, & efficacius obligent, & magis præcisè adstringant, quam præcepta affirmativa, ut tenet Archidia. in c. si peccaverit 2. q. 1. quem sequitur Panormicus in l. 1. de legat. 2. q. 1. 2. vers. secundo queritur, an quilibet, de judiciis, & quod scribit Raph. Fulgo. in l. jurisgenium, §. sed si fraudandi, per gloss. ibi, ff. de pactis, & quod notatur in c. ut circa, de election. in 6. & per Bart. in l. si pluribus, ff. de legat. 2. & est text. in l. si servit, ff. de servit. urbanorum prædiorum.

mitti, ex Bart. in l. tutor, ff. de honorum possess. de quo etiam per Cornel. supra alias relat. consil. 1. hic lib. 3. ergo prohibito omnino alterat naturam permissionis, si in unum concurrant. Quæ pars fortior, & evidentior redditur; maximè 21 cum ipsa sententia non queat dividi, ad hoc ut pro parte admittatur appellatio, & partim rejiciatur, quia sententia est individua, secundum Bart. in l. 1. C. de mediis, C. si in communi, eademque causa integr. restit. & in l. 1. si unus ex pluribus appellat. idem in l. 1. C. si adversus rem judi. in prima col. & Bertachi in reperto verbo sententia 22 prima, n. 10. & ideo dici solet, sententiam non posse pro parte valere, & pro parte non valere, text. expressus in l. hoc iudicio, ibi, quia non potest ex uno, eodemque iudicio, res judicatas in parte valere, in parte non valere, ff. similitè articulandæ, & faciunt quæ adducit Tirac. de utroque retract. ad fin. n. 144. Probatur deinde, quia una & eadem res non potest 23 diverso jure censerī, cum qui ædes ff. de usufructu, l. vers. scilicet nec ratio patitur, ff. de rerum permutatione, l. pater, §. si servus, ff. de castrensi peculio, c. cognoscimus, in fin. 12. q. 2. de electione, l. jam hoc iure ff. de vulgari & pupi. l. Titia, ff. de conditio. & demonst. & multo minus poterit duplici, & contrario jure censerī: quia unum & idem non quit contrarios effectus operari, l. 24 jus nostrum, ff. de regul. juris, l. 1. C. de lat. lib. vol. c. si quis cum in agritudine, §. 8. distinct. c. 2. vers. sed ad hoc, & ibi gl. verbo incomparabilia de Baptismo, sed ab una, eademque sententia admittere appellationem, & rejicere contrarium, est minimè admittendum. Et hæc partem sequi videtur Papien. in forma libel. 25 li quo agi. de turba possess. col. 2. & Alex. in consil. 82. colum. 1. ad fin. quos refert Regid. Bos in tr. de variis crimi. tit. de appellat. n. 8. cum seqq. ubi dicit, quod si statu prohibente appellationem in causis criminalibus, (supposita tamen vera, atque vulgari doctrina, de quo per Doctores passim: causam, cui imponitur poena pecuniaria applicata fisco, dici criminalem, non civilem) ideo si in sententia, quæ ad pecuniam condemnatur, partim partim applicata litiganti, partim verò fisco, tunc in totum (affirmat Bostius ubi proxime) 26 appellationem non prohibitam esse, ex eo, quia magis potens trahit ad se minus potens, ex d. l. cum queritur, de statu hominum, quos in nostris terminis loqui patet, & idem probant Alex. consil. 123. n. 2. volum. 5. Bald. consil. 141. vers. illud & in omnibus l. 1. Franch. in c. duobus nu. 7. de appellat. Carocius dec. 34. vers. iudex, Michel. dec. 34. & dec. 7. Veral. dec. 13. p. 2. Marq. 27 de commissio. p. 1. c. 21. nu. 65. fol. 239. qui dicunt, quod si ab uno capitulo de negetur appellatio, tamen extante unione & connexitate alterius, multoties permittitur appellatio ab utroque ratione mixturæ, de quo inferius; à n. 88. cum seqq.

Contrariam tamen opinionem, imò appellationi à 28 sententia diversam qualitatem habente; appellationis prohibitivam, & permissivam, penitus & in totum deferendum esse non minus fortia, ingentia, & indissolubilia fundamenta urgent, oro quæ & primò expendo text. in c. super qu. §. si verò duo sunt, de offi. & potestate iudicis deleg. ubi dicitur, quod si duo sunt à Principe iudices delegati cum clausula (appellatione remota) & unus impeditus alteri subdelegat causam (nam cum generaliter in subdelegatum non transferatur d. clausula) appellatione remota (ut ex §. nos autem ejusdem, c. super quæst.) pariter inquit text. non posse hunc iudicem subdelegatum & delegatum à Principe appellatione postposita procedere. licet aliàs ut delegatus potuisset, ibi, quia quod potest ex sola iurisdictione sibi à Principe delegata, non potest cum iurisdictione sibi è condelegato commissa; (& ibi supra ille nec potest, nec debet appellatione remota procedere, &c.) Ex quo evidenter probatur, quod quando in eodè subiecto 29

concurrit prohibitio & permissio, hæc in totum illi præferatur, & attenditur, ex quo textu dicit Abb. Panorm. ibi nu. 4. quod compositum ex diversis speciebus non habens per se certam naturam, seu determinationem, quandoque recipit naturam unius, quandoque alterius ex speciebus, ex quibus componitur: ergo in nostro casu idem dicendum est, qualitatem illam appellationis permissivam, in totum esse attendendam. 30 Secundo facit, quia quoties diversitas qualitatum concurrat in eodem subiecto, potius naturalis trahit ad se accidentalem, & in suam naturam convertit eam, ut in pupillo, cui supervenit furor, non est ei dandus curator, juxta titulum, ff. & Cod. de curatore furiosi, sed solam tutor, qui utriusque qualitatis deserviat, ex text. in l. qui habeat ff. de tutel. sed appellationis permissio est qualitas naturalis, in quacunque sententia, à qua in dubio regulariter appellatur, l. & in majoribus, ubi Doctores, Cod. de appellat. & not. in l. 1. sententia, ff. de appellat. & imò inducta à jure naturali, quatenus est defensus, ut probat text. in c. cum specialis, §. porro, de appellat. cap. omnis oppressus 2. q. 6. cap. suggestam, de appellat. l. 1. ff. de appella. junctis cum l. ut vim, ff. de justit. & jure & pastoralis de re jud. ejus tamen prohibitio est accidentalis, alicujus particularis rationis motu, quam qui alleverat in aliquo casu non creditur, sed tenetur probare; quia habet regulam permissivam, & genericam contra textum, juxta gl. in l. qui restitueret, ff. de rei vindic. Franc. in rubrica, de appella. colum. 4. versiculo 3. premittit, Socinus consil. 39. lib. 4. & quos allegat Lancelot. de attent. 2. part. cap. 12. ampl. §. nu. 9. & sequenti, & nos perquisitis diximus, ergo naturalis, hoc est permissiva qualitas in suam naturam qualitatem prohibitivam debet transferre, & ad se trahere. 31 Tertio hæc pars probatur, quando in aliqua dispositione concurrunt favor, & odium, ea dispositio simpliciter censetur favorabilis, tradit Bald. in l. 2. C. qui non possid. liber. pervenire. Petrus de Anchara. consil. 37. Contra Joannem post medium, per multa ibi allegata, & iterum consil. 215. scripti Papa. colum. 2. versiculo in contrarium, & faciunt quæ adducit Tirac. de retract. l. 1. in præfatione, n. 56. Panorm. in cap. in liberis, n. 24. de restitutione spolia. ubi allegat text. in l. 2. C. de in jus vocando, & dicit, quod in dubiis via æquior est eligenda, ex l. placuit Cod. de iudicibus, regula, adia restringi. de regulis juris in 6. quod adducit circa illam questionem, de duobus fratribus habentibus domum communem, ad propter delictum unius venit domus destruenda, ubi multa vide circa eam, & in apollillis ad ipsum ibi: ergo quando appellationis prohibitio, & permissio in eadem sententia concurrunt, hæc ut favorabilis, non illa, ut odiosa attendenda est. 32 Quarto fortiter urget text. difficilis in l. 1. §. veteres, ff. de acquir. vel admitt. possess. ubi dicitur, quod per servum hæreditarium acquirere quod sit ejusdem hæreditarius, nec quoad possessionem, nec quoad proprietatem possit, licet per non hæreditarium possit quæ ea acquirere, l. qui absentis, §. fin. ff. eodem titul. sed legatus non tamen hæreditarius sic, quando autem partim hæreditarius servus, & partim non; quia erat communis testatoris, puta, & hæredis, vel quia erat partim hæreditarius, & partim idem heredi legatus, tunc inquit text. (si ex parte heredi institutus servus legatus sit propter partem, quam ex causa legati habet, acquirat fundi hæreditarij possessionem, & idem dicendum est, si servum communem iussero, adire hæreditatem, quia propter meam partem acquirat.) ubi gloss. verbo acquirat, dicit totam hæreditatem, ex quo text. ibi nu. 4. Jaf. nu. 4. versiculo 3. in versiculo si ex parte, & Socin. colum. 4. versiculo 3. not. in versiculo ut si plures, illam deducunt regulam, quod ubi concurrunt in eodem subiecto utraque qualitas, potius attenditur permissiva, quam prohibitiva: ultra quos facit etiam illud 33

Geminia. in cap. statutum, §. cum verò, per gloss. ibi in versiculo ejusdem civitatis, de refer. in 6. dicens, quod ubi in persona unius resultat dispositio affirmativa, & respectu alterius prohibitiva, attendenda est dispositio affirmativa, quoad verificationem dispositionis principalis, & idem dicendum esse, si hæc qualitates concurrant in diversis subiectis, ut per text. in l. si in quibus duos, 39 de liberatione legata. notat Jaf. ubi proxime, rationem reddens: quia qualitas permissiva tollit obstaculum prohibitionis per glossam ibi, & quod in simili dicit Bartol. in l. si quis in gravi, §. fin. ff. ad Senat. consul. Silania. & lege 3. §. si quis palam, de jure fisci. Cui Bart. alterenti in l. 3. in princip. per illum text. ff. de suspensis tutoribus, quod quando sunt duæ regulæ, alia permissiva, alia prohibitiva, potius attenditur prohibitiva; quod sic ipse probat: Regula est, quod quilibet potest accusare tutorem de suspecto, l. 1. §. consequens, eodem titulo, & alia est quod libertus non potest 40 accusare patronum, l. qui accusat ff. de accusat. & hæc simul tutoris, & patroni concurrentes in eodem subiecto prohibitiva prævaleat, ut ibi per eundem Bart. quem pro contraria parte reulimus: cui igitur Jaf. in d. §. veteres, respondet dicens semper eum reprehendimus, nam ibi ideo id accidit, ex alio capite, scilicet quia istud de libertis est speciale, alia verò regula est generalis & generi per speciem derogatur, l. uxorem, §. felicissimos, de legatis 3. cap. quævis ibi, &c. dudum, circa medium, de præbend. in 6. quibus etiam junge, quod scribit Bald. in l. si quis decurio in ult. colum. per illum text. Cod. ad leg. Corneli. de falsis, quem sequuntur Petrus de Anchara in comment. c. Canonum statuta, de constit. in versiculo quæro de statuto, quo cavetur quod contra decretum, Alexand. in 100. consil. 3. vol. incipit ex inspektione autem dicitur statutorum, ad fin. affirmantes, quod si statutum dispo- 41 nat, quod contra advocatum non possit inquiri, quæ est regula prohibitiva, alin l. statutum disponat, quod contra militem possit inquiri, si aliquis forte sit advocatus, & miles, si deliquerit poterit adversus eum inquiri, tanquam contra militem solum, & sic regula affirmativa sequatur, & prævaleat. Baldum etiam & sequaces comitantur Jaf. in d. §. veteres, d. l. 1. ff. de acquir. poss. n. 7. versiculo limita ex eo quod navabiliter decidit. Bal. Rebut. in repet. l. boves, §. hoc sermone, limi 7. n. 7. vocat notabilem text. in d. l. 1. §. veteres, ad prædictorum doctrinam, inter quam & contrariam videtur esse in differenti: ergo eodem modo in casu præsentis questionis affirmativa est regulam affirmativam perimere negativam, & prohibitivam. Hanc partem, & opinionem non desunt auctores 42 qui in terminis nostræ questionis sequuntur, & apprehendant, siquidem Bald. consil. 141. incipit præmissis, colum. ult. versiculo illud etiam non omitto, lib. 1. affirmat, quod ubi duæ causæ complicatæ sunt, & una admittit appellationem, altera non est in utraque admittenda, & idem etiam tenuit ipse Bald. consil. 153. incipit novum dubium l. 1. per quem dicit Menoch. de recuper. poss. rem. 9. n. 321. quod si appellatur à sententia in possessorio, quanto una simul cum possessio, causa lata est sententia super restitutione fructuum, allegans ad hoc Bart. in l. creditor, §. jussis ff. de appellat. & Bald. in l. unica. Cod. si de moment. possess. fuerit appellat. & alios, qui id non probant, ut protinus citabuntur. Pro qua etiam facit, quod communiter tenent Doctores, quod cum à possessorio non appellatur, ex l. unica, Cod. si de moment. possess. fuerit appellat. à proprietate sic ut est vulgare: at quando iudicium possessorem continet admixtam causam proprietatis, juxta l. si quis in causam, Cod. unde vi quo casu concurrat regula prohibitiva, & affirmativa, tamen hæc attenditur, & præponderat, adeo, ut etiam à possessorio appellatur, ita tenet gloss. in d. unica, in gloss. 2. & ibi Bart. Cynus, Batrius, Alberi. & communiter Doctores, Anton. Gomez. in l. 45. Tauris, n. 194. versiculo quod tamen notabiliter limitat, &



& alibi passim per Doctores, gloss. in d. l. si quis in tantum, quam communem testatur Ripa in cap. sepe, col. ult. versiculo secundum sui opin. Bald. cons. 341. promissis verbis ejusdem statuti, col. ult. versic. Et praedicta facti, l. 1. & idem sentire videtur Feder. de Senis cons. 77. Domino audiendi in suo clare Decius consil. 28. n. 2. versiculo hoc in simili probatur, Angel. in l. incerti, Cod. de interdictis Socin. in tractatu fallentia. reg. 24. fallent. 10. Berouus in rubrica. de iudiciis. n. 51. vers. hinc etiam videmus, Menoch. de reuoc. posses. rem. 9. n. 216. cum segg. & alibi passim. Gotta in memorabilibus, verbo mixtum, Benitend. decis. 79. Polido. Ripa in tract. de notulor. temp. t. 4. n. 96. Et 97. Et segg.

44 In tanta Doctorum, opinionum, fundamentorum, & autoritatum varietate, quod ut ipsimet cognoscant, adeo intricatae in hoc fuisse loquutos articulo, ut vix quid certum sit, & iuridicam, deducatur, quid dicendum ergo subsilio: etenim utriusque partis argumenta multum ancipitem, & dubiam admodum reddunt quaestionem propolitam, quae ex difficilioribus est, quae in iure potest reperiri, cui nostra diligentia ex mente omnium, non contemnendam adapta iuridicam distinctionem, per modum duplicis regulae cum suis declarationibus, seu limitationibus; quas totam hanc materiam exponere apparebit; eam vero aut diversitas qualitatum prohibitive, & permissivae concurrunt circa unum & idem, unam, & eandem causam inseparabilem, & indivisibilem, & tunc primam partem, & opinionem procedere, obtinere, & habere locum; ut in totum iudex Ecclesiasticus queat, appellationi delationem negare, nullamque vim faciet omnino, sed iterum ipsi causam fore remittendam: aut vero diversitas qualitatum affirmativae, & prohibitive concurrunt circa plures causas, res diversas, & separabiles, seu diversas, & separabilia capitula, & tunc dicendum verè putò, quòd unaquaque qualitas in sua causa, vel re iuxta suae naturae effectum operetur: ita ut qualitas negativa impediens appellationem, iustificet sententiae executionem, in illa causa tantum, seu capitulo, circa quod disponit: qualitas autem affirmativa circa suam causam, & capitulum sententiae disponens, in illo tantum admittendam esse appellationem, cui si non deferatur, vim fieri monstrat, de quo distinctionis membro tractatur à num. 53. cum sequentibus.

47 De primo distinctionis membro, ad claritatem, exempla, & rationem reddamus: tunc enim dicitur qualitatum diversitatem concurrere circa idem, atque eandem causam, quando scilicet, per aliquod statutum prohibetur, ut in causis criminalibus non appelletur, per aliud autem, ut in civilibus appellare liceat, condemnatur quis ad centum, partim fisco partim parti applicata, tunc in tota centum appellationem prohibita censeri; quia tota est una, & eadem causa, ex doctrina, quae ita intellecta vera est, Papiens. in forma libellis, quo agitur de turba possess. col. 2. Alexand. consil. 82. col. 1. ad finem, non ex rationibus, quibus ipsi moventur, sed ex relatis per nos in prima huius quaestiones parte, & mox consignandis, quas si excogitaret Regid.

48 Boff. in d. tract. de variis crimin. tit. de appella. post n. 8. vix contra illos resolvisset. Aliud ad idem exemplum, sit, ubi per unum statutum prohibetur advocato appellatio, & per aliud statutum militi permittatur, & aliquis sit miles, & advocatus, tunc prohibita in totum attenditur, non affirmativa qualitas, quia diversitas ipsarum concurrunt circa unum, & idem contra Bart. qui in simili circa inquisitionem contrarium firmat, Bald. dixit in l. si quis decurio, ult. col. Cod. ad leg. Cornel. de falsis, quem sequitur Alexand. in consil. 100. 3. vol. incipit, ex inspectu autem doctorum statutorum ad fin. quos supra citavimus in posteriori parte quaestiones, ad fin. Et ut exemplis res fiat manifesta, aliud pono, quòd si in aliquo statuto clericis permittatur appellare, laicus

verò prohibeatur, & uterque rem habeat communem, pro qua conveniuntur, & condemnantur, prohibitio attenditur in totum, quia una, & eadem est causa, & res, super qua sola diversitas qualitatum concurrat, vel quando prohibetur appellare in actionibus personalibus & permittatur in realibus, & quis utraque agat ad rem perendam: quia tunc eadem ratione id cogimur dicendum, haec doctrina potest exemplificari in alio casu per nos adducto infra, 3. p. cap. 1. per totum, & in alio, de quo in d. 3. part. cap. 2.

Alia plura sunt exempla, quibus potuissimus verificare nostram doctrinam, qua affirmamus, quando diversitas qualitatum affirmativae, & prohibitive concurrunt circa unum, & idem inseparabile, & indivisibile, unam, & eandem causam, seu capitulum sententiae, prohibivam attendi, quia cum tunc illo casu sententia sit individua, ex his quae supra ex Bartol. & Berachi. diximus (non tamen quando plures sunt res diversae sententiae, & separabilia capitula eius, ut mox monstro strabo) tunc, cum necessarium sit, ut una sola qualitas earundem tantum operetur, & effectum suum forniat: quia ambae non possunt, quia esset monstruositas, ut unum, & idem circa seipsam diversum, seu adhuc contrarium operetur, contra text. in l. jus nostrum ff. de regul. juris. l. 1. §. 1. C. de lat. liber. cap. si quis cum in agritudine, §. 8. dist. c. 2. versicul. sed adbus, & ibi gloss. verbo incompasibilia, de baptismo, & quia una, & eadem res non debet circa seipsam diverso jure censeri, l. cum qui ades, ff. de usucapio. l. 1. versic. nec ratio peius, ff. de rerum permutatione. l. pater, §. si servus ff. de castrens. peculio, cum aliis supra, quas ante fin. prioris partis quaestiones addiximus: tunc necessarium est, ut debilior qualitas cedat potentiori, iuxta text. in l. generaliter §. in ordine, ff. de fideiussor. & mandato; prout est negativa, cuius robor magis fortius, multoque potentius sit affirmativae, seu permissivae robor, iuxta ea quae supra dixi ex Alberico & Paulo Castr. in l. hoc genus, ff. de conditio. & demonstratio. Philippo Decio in cap. novae concupiscentiam, de consuetudine. col. 1. in 3. notab. praecipue in 3. & 4. fundamento prioris partis nostrae quaestiones, & in ceteris omnibus quae locum habent, & procedunt in casu de quo loquimur, ad quem Doctores, & doctrinae relatae reducenda sunt.

Secundò autem distinctionis membro, nempe, quando diversitas qualitatum affirmativae, & prohibitive concurrunt circa plures causas, & res separabiles, & diversas, seu separabilia sententiae capitula: ut tunc unaquaque qualitas in sua re, vel causa iuxta suam naturam effectum operetur, ita ut affirmativa in eo, quod disponit, in tantum faciat appellabile, prohibitiva verò in suo prohibito locum habet tantum, ut est de mente Doctorum, quos citat Menoch. de recip. rem. 9. n. 327. qui cum Decio cons. 344. n. 3. versic. reus casus, dixit l. Camelia Pia ff. de iure patro. & cetera iura, quae supra citavi probantia, sententiam esse dividuam, & tot esse sententias, quot eius capita; dicit intelligi, & loqui, cum plura simul per copulam in sententia ponuntur, quae re ipsa separationem ostendunt.

Facit quod in simili dicit Tiraquel. ciuandus, quando concurrunt mobilia, & immobilia in hereditate vendita, cum detur in illis retractus permissio, in istis retractus prohibitio, utraque qualitas tunc suo jure censetur, ut retractus pro immobilibus permittatur, pro mobilibus verò secus, ita post dispositionem resolvitur Tiraq. de retr. act. l. 2. §. 1. gloss. n. 84. cum sequenti argumento l. hereditatis, in fin. & ibi gloss. & Doctores, C. de petitione heredi. & ex eo, quod in simili voluit Bald. in ipsa retractu in tractatu procomiles, col. ult. versic. item pone quod quis, & per alium similem Guill. Cu. in consuetud. Burdegalen. 12. de feudis, §. 24. ad quod bene facit text. in l. tutor, §. curator, ff. de minoribus, Et plures elegantes doctrinas mirifice comprobantes hoc membrum

membrum vide omnino infra 3. 6. versic. ex aminemus nunc, à nu. 29. quas omnes hic applica, quia probatur expressè.

55 Pro quo magis in specie facit, quod in proposito dixit Rebuff. in tractatu de sententiis provisio. art. 3. gl. 7. n. 6. determinare Senatorem, quòd licet causa mercedis, & salarii non admittat appellationem (ut per nos latè infra 2. p. 3. ad fin.) si tamen quis fuerit condemnatus in una sententia ad salarium, & ad aliam rem, quod in salario exequetur sententia, sed non quoad aliam rem in favorabilem, sed postulantem appellationem, quod nota, quia est elegans doctrina in nostrae opinionis comprobationem.

56 Facit quod Doctores dicunt in terminis, & remedio legis finalis Cod. de edicto Divi Adriani tollent. in quo non admittitur appellatio ex infra citatis Doctoribus, & his, quae suo loco probabimus, in quo nec interesse, nec fructus illo modo veniunt, ut ibi dicemus, sed ad eos via ordinaria agendum est, si tamen lata fuerit sententia cum fructuum condemnatione, & restitutione, vel interese, tunc enim non ratione possessionis (dicunt Doctores) admittendam esse appellationem, sed ratione fructuum, vel interese, recipiendam esse, Doctorum magnus concursus affirmat, quae doctrina originalis est Bald. in l. unica, C. si de mom. posses. fuerit appell. n. 6. vers. sed pone, & n. 9. qui non est intelligendus, prout tenet Saicet. ibi in fin. scribens ratione fructuum licet etiam appellare à possessorio, sed solum dixi appellari posse à sententia restitutionis fructuum, ut ejus ratio demonstrat, prout declarat Menoch. citandus statim. Quo circa dicendum est à sententia lata in iudicio possessorio cum fructuum, vel interese restitutione, posse respectu fructuum, vel interese appellari, non autem respectu possessionis, ita Bald. intellexit. Afflictiis decis. 77. ad finem, claris Ripa in c. sepe, col. ult. versic. propter hoc restituito spolia. Rolandus à Valle cons. 87. n. 13. lib. 2. ita etiam Bald. interpretati sunt doctissimi Covarr. in practiciis quest. cap. 23. nu. 8. vers. idem erit quoties, Franciscus Sarmien. in tract. de redditiis Eccles. 3. part. cap. 2. n. 28. quo loci rectè reprehendit Arguliniun Berouus in suis quaestio. qu. 91. nu. 4. quem reddidit Bald. praecinato loco scripsisse licet appellare etiam ratione possessionis, quod causa mixta est, Bald. etiam, & S. licetis male intellexit Nicel. in tractatu de concordia glossa concord. 1. n. 19. versiculo secundò moderatur, non etenim ita, sed ut praefatorum Doctorum autoritas suadet, ipse intelligendus est. Saiceti doctrinam minus rectè vocat Ripa d. c. sepe, & Menoch. de adipsen. poss. rem. 4. nu. 71. qui supra, à nu. 869. hanc partem tuetur, & viribus defendi, qui licet ibi tract. de recuper. rem. 9. nu. 321. in hac dixisset (si appellatur à sententia in possessorio, quando una simul cum possessionis causa lata est sententia super restitutione fructuum) ubi ad hoc idem Bald. Afflictiis, Covarr. Roland. & alios, quos mox citavimus: tamen in d. rem. 4. n. 870. ante fin. postquam relatos Doctores retulit, haec addit (quos sequutus sum in tract. de recuper. poss. rem. 9. nu. 321. quo loci visus sum scribere, appellari etiam ratione possessionis, sed verè dicere volui appellari posse à sententia lata in possessorio, ratione fructuum, cum Bald. & jam citatos retulerim, & dictum Doctoris intelligi debet, secundum jura ab eo allegata, ut inquit Bart. in l. non solum §. liberationis verbo, n. 10. de liberatio. legata) haec enim Menoch. quo loci ut vides, libentissime descendit ab opinione contraria, quam sequi videbatur in d. rem. 9. de qua nos mentionem fecimus in dispositione quaestiones nostrae ad fin. posterioris partis, & huius doctrinae origo licet Bald. attribuat; jam tamen idem docuerat Bart. in l. 2. num. 19. ff. de appell. recipiend. ut bene advertit Men. in d. rem. 4. n. 870. & iterum Bartol. in l. si creditor, §. iustus ff. de appell. n. 1. idem Bald. in consil. 141. ad fin. & in cons. 330. n. 8. & Selgado de Protect. Reg.

conf. 331. in princ. lib. 1. Hieron. Gra. cons. 35. n. 3. author commun. opinionum lib. 7. tit. 27. n. 6. refert Casar Ursil. ad Afflictiun, ubi proxime, & decisione 269. n. 1. Jaf. consil. 187. n. lib. 3. Petrus Surd. consil. 102. n. 12. l. 1. Statulius Pacificus de Salviano interdicto, inspectio. 4. cap. 2. n. 4. Anton. Gomez. in lib. 45. Tauri, n. 194. versic. limit. 2. Matien. in l. 9. tit. 7. lib. 4. compil. 2. n. 4. idem in l. 9. tit. 7. lib. 5. à n. 3. Casar Contard. in l. unica, C. si de momet. poss. n. 6. & 9. & ex n. 23. usque ad 36. limit. 1. principalis, eandem doctrinam, & opinionem sequitur post alios Marant. de ord. jud. 6. p. tit. de appellat. nu. 298. quòd potest appellari à fructuum, damni, & interese condemnatione in sententia possessorii, & tunc eorum respectu sententia suspendatur, non autem respectu possessorii, quia appellatio executionem possessorii non suspendit, Socin. in reg. 18. fall. ult. additio ad Capel. Tholof. ult. Jaf. cons. 175. col. 2. vers. item quando, & cum Ripa Bal. Rolan. & Menoch. Christophorus de Paz in tractatu de tenuta, cap. 17. n. 61. & n. 2. Peregrinus de fideicommiss. art. 45. n. 49.

Qui omnes praecipue Rolan. Afflictiis, Covarr. & 60 Maranta, & denique omnes citati advertunt, interim hoc casu suspendendam esse executionem sententiae pro ea parte, ex qua fructuum restitutionem tangit; rectè tamen eam exequendam esse pro ea parte, quatenus nudam possessionem tangit, & idem, quod de fructibus Doctores dicunt in interese, & de utroque post Crescentium decis. 5. aliis 120. de appellat. Marquestanum tract. de commiss. 2. p. c. 2. sub nu. 60. Ruginellum tract. de appellat. §. 2. c. 3. n. 723. vers. in domini, Casar, Baz. in decisione Bononien. 1. & 2. sequutus multitudine, & Machinam, Contardus in l. unica, l. 1. n. 28. & sub n. 36. & alios, hanc sequutus est opinionem Sigismund. Scaccia de appell. quest. 17. limit. 6. memb. 9. n. 23. qui à nu. 22. refert in hoc articulo tres Doctores contrarias opiniones, tamen n. 3. hanc nostram veriorrem dixit, & communem, à qua in iudicando recedendum non esse, quia habet aequitatem, & est favorabilis ad decurrandas lites, dixitque n. 23. post Contardum, ubi proxime, n. 29. & n. 30. refert ita obtinuisse Rotae stylium, ut appellationi à sententia lata in causa possessionis momentaneae, minime deferatur, respectu autem condemnationis fructuum, & interese appellationi deferendum esse executam sententiam possessionis, idem tenet post alios, quos citat Marquet. in tract. de commiss. 1. p. cap. 21. à n. 32. cum sequentibus, fol. 236. pro quo vide, quae latè infra, à n. 118. ubi haec communis opinio declaratur.

Quae doctrina, & opinio ampliatur, ut procedat etiam respectu fructuum futurorum, quia si quis ita mittatur in possessionem, ut interim lucratur fructus, potest adversarius appellare. Scaccia ubi proxime n. 34. Angel. consil. 251. visis statutis sub num. 2. Maranta in Specul. p. 6. actu 2. principal. in verbo, & quandoque appellat. l. 1. n. 113. fol. 505. Minling. in singular. observ. centu. 6. observ. 13. n. 8. Achil. Personalis tract. de adipsic. poss. n. 343. versiculo redeundo. f. 260. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. sub n. 659. vers. appellatur quoque in fin.

Quorum omnium virorum gravissimorum autoritas me movit ad huius distinctionis membrum, licet rationem nullam reddant, sed sic simpliciter uti post alios transeunt, ego autem ea potissimum motus fuit: nam quando in eadem sententia plures sunt causae, & capitula separabilia, & distincta, tot sunt sententiae, quot capitula & causae diversae, l. quaedam mulier ff. fam. l. eric. cum da, quae istdem verbis transcribitur in l. Camelia Pia ff. de iure patron. & l. etiam si à patre, §. 1. & ibi Alber. ff. de minorib. cap. cum tempore, & ibi gl. in verbo capitulis, Innocentius, Hostiensis, & alii de arbitris, & cap. dilectus, el primo, & ibi quoque Gloss. & alii, de praeben. volvere Glossa, Cynus, Bartol. Bal. Saicetus, Angel.



Angel. & alii in l. 2. Cod. de re iudicata gloss. in cap. si quis in pluribus, in verbo quodam 2. quest. sexta. Alber. in l. Labeo, post princ. ff. de arbit. & in l. non eo minus circa medium C. de procurat. Cardinal. Florent. conf. 74. Dominicus Abb. column. ult. cum concordatis adductis à Rom. in l. 1. §. si stipul. nit. & ibi Barba. col. 14. vers. nunc inducitur ex ceteris recentioribus, ff. de verb. obligatio. & idem Romanus conf. 195. in casu premissis, ad fin. & Cardinal. Alexand. in dict. dilecto colum. ult. in 17. q. de appell. Austerius decisi. Tholos. 215. item fuit questum, si fuerunt ab aliquo, & alii diximus de obligatione, quia tot sunt stipulationes, quot sunt species separatae, & diversae, & alteri non coherentes, ex l. scire debemus, ff. de verborum oblig.

66 Ideo cum diversitas qualitatum non concurrat in uno subiecto tantum, sed in pluribus distinctis, & separabilibus sententis, inde esse potest, ut utraque & prohibitiva, & permissiva verificetur circa sum dispositum, & amba procedunt iuxta uniuscuiusque naturam motum, quia tunc sententia principalis non dicitur individua, sed dicitur quia tot sunt sententiae, quot capita diversa, tenet gloss. in l. in hoc iudicio, verbo non valere, ff. familiae erciscundae, & hoc respectu, sententia potest, pro parte valere, & pro parte non valere, ut tenet ex dict. l. Camelia Pia, & ceteris iuris supra allegatis, & autoritatibus Tiraquell. de retractu conventionali, ad fin. nu. 142. versicul. vigesima quinta questio, at vero unumquodque capitulum diversum est individuum, & sic illius respectu sententia est individua, vel quando sententia principalis unum capitulum continet tantum: tunc etiam dicitur individua, ut clare probatur dict. l. in hoc iud. ibi, quia non potest ex uno eodemque iudicio res iudicata in parte valere, in parte non valere, iunctis iis, quae superius diximus; alio etiam modo considerant sententiam dividuam Bartol. in l. 1. circa medium, Cod. si in communi, eademque causa in integrum restituit. & in l. 1. Socinus ex pluribus appellat. & in l. 1. Cod. si adversus rem iud. in prima col. & Bertachi. verbo sententia in prin. n. 10. apud quos qui voluerit, videre poterit.

67 Hinc est, quod si quis unica sententia condemnatur pro una causa ad aliquam summam inappellabilem, & pro alia causa; seu ad actionem ad aliam summam, licet simul coaccervatae fuerint causam appellabilem; quia ascendat ad summam, de qua potest superior cognoscere; tamen non poterit appellari, nec ad id fit coaccervatio, ita tenet Rebuff. in tractatu de sentent. executione, art. 13. versiculo quero, quid si quis, tomo 1. folio 409. quem referens sequitur Caravita super ritu magnae Curiae 257. n. 11. & 13. questio 4. Scaccia de appellat. q. 27. lim. 6. membr. 9. n. 32. rationem reddunt, quia tot sunt sententiae, quot sunt capita separata, seu summam ex diversis causis, seu actionibus debet. Ex qua ratione deducunt Reb. in tractatu de sententiarum executione art. 6. gloss. l. n. 2. tomo 1. folio 417. quod si ego locaverim tibi domum pro tribus annis, & annua pensione scutorum novem pro quolibet anno, & in fine triennii petero à te pensionem integram triennii, videlicet, scutos 27. & sit statutum disponens, quod in causis non excedentibus valorem scutorum decem, non detur appellatio, & ego in libello distinxerim novem pro primo, novem pro secundo, & novem pro tertio anno, & iudex unica sententia condemnaverit ad integram summam 27. scutorum, quod non dabitur appellatio, cum tunc censetur tot sententiae, quot sunt anni & pensiones distinctae in petitione, & ideo à dicta sententia non dabitur appellatio, sed mandabitur executioni pro integra summa, quia quot sunt termini solutionis, tot sunt actiones, & ideo tot sunt necessariae praescriptiones, ut ex aliis dicit ibi Scaccia, pro quo facit quod dicit Jul. Clar. lib. 1. recep. sentent.

70 §. homicidium, vers. sed queritur, qui testatur de com-

muni dicens, quod si extat statutum, quod bannitus in centum possit in punè offendi, & unus ex una causa sit bannitus in quinquaginta, & ex alia causa diversa in aliis 50. non poterit offendi, idem dicit Alex. conf. 113. sub n. 3. viso themate, lib. 5.

Facit insuper, quia si summa principalis, contenta in sententia, non sit appellabilis, aut commissibilis in Rota, quia non ascendit ad summam ad id requisitam: non efficitur appellabilis per cumulationem, seu coaccervationem fructuum, aut expensarum, quae in sententia continetur; quia non cumulantur, aut coaccervantur tanquam res à principali separatae, ita tenet Marquellanus in tractatu de commissione, p. 1. in commissione appell. super dixer. cap. 28. n. 30. fol. 30. in 2. impressione, Scaccia ubi supra, sub nu. 37. & n. 32. in fin. Caravita super ritu 257. n. 4. in fin. vers. 2. & n. 5.

Facit etiam, quod dicit Cezar Barz. in d. Bononien. decisione 45. petita, num. 1. & 2. quod licet sententiae continent condemnationem fructuum, nihilominus respectu possessionis non dabitur ulterius appellatio, reddit rationem; quia omni casu separationem recipiunt; quod quidem secus est dicendum, quando summam plures sunt petitae, ex eadem tamen causa, actione, & obligatione debetur, quia tunc licet de per se quilibet non ascendat ad summam appellabilem, coaccervatae tamen excedant: coaccervantur, ut possit appellari; text. est in l. si quis separatim 10. §. si quis cum una & ibi gloss. in verbo & poterit & Petrus Bellaper. nu. 10. ff. de appell. Lucas Pau. in praxi Capitol. l. 4. c. 6. n. 4. Scaccia ubi supra, n. 25. & n. 32.

Quo pertinet quod solemus dicere: utile pro inutile non vitari in contractibus: id locum non habere in rebus dividuis, l. sancimus §. si quis autem, C. de donat. l. pecunia. & l. placuit. ff. de iuris, ex his quae adducit Tiraq. ubi proxime, n. 143. & sequenti, ea ratione, quia circa diversa utrumque potest procedere, & operari, & multa etiam alia hanc favent distinctionem nostram, quae in satisfactione contrariorum ei obstantium clarius apparebunt.

Cui non obstat illa Doctorum contrarietas, de qua in primo fundamento prioris partis, & in tertio posterioris, alii affirmantes; quod ubi concurrunt odium & favor, odium attendi, alii vero contra putantes; quia respondeo, quod licet eorum questio ventiletur inter ipsos, quando haec duo circa unum, & idem inseparabile concurrunt, ut ex eis apparet, in qua prior rem partem, ut veritatem prevalere firmavimus, tamen nulla discrepantia est inter eos: quando circa diversa, & separabilia capita, seu causas concurrunt favor, & odium: nam tunc unamquamque qualitatem in sua dispositione operari, late affirmant Aleari. in l. 2. per text. ibi fol. 205. versiculo, Accusatus aliam quoque rationem affert, Cod. de injur. vocando, ubi plura exempla adducit, idem tenet Jas. in dict. l. 2. n. 3. versiculo ex secunda parte collige, ubi dicit quod una, & eadem dispositio respiciens diversas personas ex uno capite censetur favorabilis, & sic extendenda, ex alio capite censetur odiosa, & sic restringenda, ubi adducit quatuor gloss. similes gloss. in l. sed si haec §. fin. in vers. interveniat, ff. de in jus vocan. & l. apud Celsum, §. adversus, in gloss. vel in versulo exhiberi, ff. de exceptione doli, & in l. qui bona §. si aliquo, in vers. debet jurare, ff. de damno infecto, & gloss. in §. penalis versulo in jus vocasset, circa fin. in l. de actio. & sic illa argumenta non solum neutri distinctionis nostrae membro adversantur, sed imò potius utrique, & profunt.

Minus etiam obest tertium fundamentum prioris partis d. leg. generaliter §. ff. fideiussoribus, quia loquitur, quando in eadem persona, & subiecto se inveniunt, tunc potentior qualitas alteram confundit, & vincit; non autem quando circa diversas causas, & subiecta, nam tunc non possunt vires suas exprobare qualitates praefatae, ut l. 1. 2. & sequentibus, ff. & C. de fideiussor. & mandato, junct. l. generaliter, quia diversae sunt, & separatae, à quibus non fit illatio de uno ad aliud, l. fin. ubi not. ff. de calumniant. nec naturales, Cod. de proba. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. possessione, & alibi passim notatur; defici enim tunc illa causa propinqua, prout est communio, quae inter illas contrarias qualitates rationem causat, & pacem turbat, per textum in ratione sui, in hoc iudicium 14. §. si conveniat, ff. communi. divi. nulla societatis 71. ff. pro socio, l. cum pater, §. dulcissimis, de legat. 2. l. sancimus 34. §. n. autem, C. de donatio. & explicat Antonius Pichardus in rubrica institutione de rerum div. nu. 3. & 4. copiose Tiraquell. de retract. §. 23. gloss. 1. num. 7. & num. 14. & ideo unaquaque qualitas in suo se continet subiecto, ex dict. §. nihil commune habet. l. naturaliter, quae omnia in totum potius nostram distinctionem comprobant.

Nec obstat illud fundamentum posterioris partis, ex l. cum, qui ades, ff. usufructo. l. 1. §. nec ratio patitur, ff. de rerum permutatione, dict. cap. cognoscimus, dict. c. cum in tua, & aliis pluribus dictantibus, unam & eandem rem non posse diverso jure censi; quia respondeo, rectè in se sola procedere, & circa unum, & idem, at diversarum causarum, rationum, & capitulorum respectu, diversa quae jure rectè censi, ut probatur in l. miles, §. pro patre, ff. de legat. 2. docuit Calderic. per eum text. in l. filium quem, colum. 3. in 4. oppositione, Cod. familiae erciscun. & Panormit. in dict. c. cum in tua, post ante fin. de decimis, quin ex re eadem quo contraria posse procedere ex diversis respectibus tradit gloss. in c. 2. in verbo, lex civilis in fin. & Roch. Curt. colum. 24. versicul. limita. 3. de consuetudine, & Dominicus, qui multa ejus rei exempla appositus in cap. illud, 12. distinct. cui alligatur Aristot. libro 3. Physicorum, tradens eandem causam interdum esse contrariorum effectum, diversis rationibus, & Galen. lib. 3. de simplicibus medic. cap. 13. & sequent. quod & admittunt Bartol. in l. si pupil. in princ. in 2. oppos. & ibi Angel. & Pau. Castren. ff. ad legem Falc. Hinc reprobare sollemus, quoad approbavimus diversis respectibus, l. Pomp. ff. de negot. gestis, l. 1. §. ult. ff. rem ratam haberi, & l. cum in iudicio, Cod. arbitrium tutela, per quae iura ita tenet Bald. in c. cum Vinsoniensis, paulo ante fin. de electione, & quis ex eodem facto potest praemium & damnum consequi diverso respectu, c. inter opera, de sponsali, junct. cap. maritum, 33. distinct. & dicit Joan. Andr. in cap. impuniti, de reg. jur. in 6. in mercur. Tiraquell. in tractatu de utroque retract. titul. de retract. ligno. §. 1. gloss. 18. n. 23. & alias ad propositum vide n. 21. & 22. ex quibus etiam dictis aliis fundamentis, quae in contrarium opponantur, rectè valet responderi.

Quo supposito, jam in lucem duplex potest edi regula. Prima fit; iudex Ecclesiasticus vim nullam faciet quando diversitas qualitatum affirmativae, & prohibitivae appellationis concurrat circa unum, & idem, unam & eandem causam, seu sententiae capitulum, indivisibile & inseparabile, in utraque qualitate, sic in tota causa si appellationis deferre regulari, & ita declarandum esse, causamque sibi iterum esse remittendam per Senatorem.

Secunda regula fit in hac questione, quod quando diversitas qualitatum affirmativae, & prohibitivae concurrat circa plures causas, seu res separabiles, & diversas, separabiles sententiae capitula, iudex Ecclesiasticus vim non facit, si uniuscuiusque qualitatis naturam in suo dispositio sequatur, & imitator: ita ut respectu rei, vel capituli, quia prohibetur appellatio, ei non deferat, & exequatur, cuius respectu etiam sibi causa ipsa remittenda est; respectu vero causarum, vel capituli, pro quo ea permittitur, vim ferri manifestam, si illi haud deferat, & ita declarandum esse in tribunali supremo Salgado de Protect. Reg.

per viam adito violentiae, deferre simul, & reponere veritas suadet.

Illas tamen regulas primò limitari libet in causis possessionis, quae habent annexam, & admixtam causam proprietatis iuxta l. si quis in rant. Cod. unde vi, (de pluribus interdictis habentibus causam proprietatis annexam, per te vide omnino apud Molin. de primogen. lib. 3. c. 13. 4. n. 9. cum pluribus sequentibus, & autoritatibus,) nam tunc nec secundum primam regulam, nec secundum secundam regulantur; sed omnino, & in totum admittatur appellatio, tam super possessorio, quam super petitorio ut tenent Anton. Gomez. Ripa, Socinus, Menoch. & alii plures, quos supra in posteriori parte questio, ad fin. adduximus, & idem tenet Petrus Benintend. decisi. 79. Et specialitatis ratio est, quia causa proprietatis absorbet, & supprimit causam possessionis, quae effectum nullum tunc quit fortiori, nec potest executioni mitti, juxta text. in cap. cum super, & quae ibi communiter adducuntur per Doctores de caus. possess. & proprietat. & per Bartol. & Doctores in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acqui. possess. & in l. ordinarii, Cod. de rei vindicatione, idcirco sententia denominatur à potentiori, cui magis incalcet, l. 1. queritur, ff. de statu homi. & efficitur accessoria causae proprietatis; quia tunc omnino sequi debet naturam sui principalis, ut mox dicemus, & sic in totum admittendam esse debere appellationem, tenent Bald. consilio 330. incipit statuto caus. libr. 1. Tiraquell. in tractatu de mort. 6. parte declaratione 6. nu. 1. cum sequent. Molin. de Hipan. primogen. lib. 3. cap. 13. à n. 17. cum sequentibus, Mieres tractatu de majoratu, 3. part. c. 24. à n. 54. cum pluribus sequentibus, ubi alios ad idem citat, & late prosequitur, & per Decian. consilio 45. num. 1. August. consil. 2. n. 6. & alios, quos allegat Peregrin. de fideicom. artic. 46. nu. 47. Bald. in l. unic. nu. 8. versiculo quero quid per accessorium, & sub nu. 16. Cod. si de moment. possess. Nicol. tractatu de concord. gloss. concord. 6. fall. 6. nu. 27. tomo 18. fol. 192. late scribit Contard. in dict. l. unica, limit. 2. & limit. 24. Ruginell. tractatu de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 168. versiculo prout etiam, & eos sequutus late prosequitur Scaccia de appell. quest. 17. limita. 6. membr. 9. per totum, Corneus, consilio 10. praesupposito statuto, n. 3. & n. 4. & lib. 4. Rota decisione 34. conclusum, nu. 5. & 8. parte 2. diversorum, & decisione 356. dominii erant, sub nu. 9. parte 1. diversorum. Quod idem dicendum est in ceteris causis possessionis, etiam sui naturae non habentibus admixtam, & connexam causam proprietatis, sed simul de utraque accidentaliter actum est in iudicio, non reluctante spoliato, & de utraque lata est sententia: nam quando, & quoties hoc in casu causa possessionis absorbetur à causa proprietatis, qualitas (quam haec habeat) sive negativa, sive affirmativa appellationis, & prevalere, & sequi debet, (quibus autem casibus causa proprietatis absorbet causam possessionis vide omnino Doctores in dict. §. naturaliter, & in d. l. ordinarii, & in dict. capite cum super, & alibi passim, & probant multi ex Doctoribus citatis,) & hanc doctrinam late prosequitur post Ruginellum, & Contardum Scaccia ubi proxime, quo loci explicat, hanc mixturam quatuor modis posse considerari. Primò, per modum cumulationis. Secundò, per modum mixti iudicii. Tertio, per modum exceptionis. Quarto, per modum mutuae petitionis, & reconventionis. Tamen quoad hunc effectum reddendi causam appellabilem mixtum solum consideratur in sententia, & huiusmodi mixtura, quae contingit in sententia tripliciter consideratur, prout Scaccia post Contard. latissime prosequitur d. memb. fol. 402. quem videbis per te.

Hinc est, quod si simul possessorio & petitorio est actum, & una, eademque fertur sententia pro re turbante in petitorio iudicio, in possessorio vero re

93

94

95

96

97

per viam adito violentiae, deferre simul, & reponere veritas suadet.

Illas tamen regulas primò limitari libet in causis possessionis, quae habent annexam, & admixtam causam proprietatis iuxta l. si quis in rant. Cod. unde vi, (de pluribus interdictis habentibus causam proprietatis annexam, per te vide omnino apud Molin. de primogen. lib. 3. c. 13. 4. n. 9. cum pluribus sequentibus, & autoritatibus,) nam tunc nec secundum primam regulam, nec secundum secundam regulantur; sed omnino, & in totum admittatur appellatio, tam super possessorio, quam super petitorio ut tenent Anton. Gomez. Ripa, Socinus, Menoch. & alii plures, quos supra in posteriori parte questio, ad fin. adduximus, & idem tenet Petrus Benintend. decisi. 79. Et specialitatis ratio est, quia causa proprietatis absorbet, & supprimit causam possessionis, quae effectum nullum tunc quit fortiori, nec potest executioni mitti, juxta text. in cap. cum super, & quae ibi communiter adducuntur per Doctores de caus. possess. & proprietat. & per Bartol. & Doctores in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acqui. possess. & in l. ordinarii, Cod. de rei vindicatione, idcirco sententia denominatur à potentiori, cui magis incalcet, l. 1. queritur, ff. de statu homi. & efficitur accessoria causae proprietatis; quia tunc omnino sequi debet naturam sui principalis, ut mox dicemus, & sic in totum admittendam esse debere appellationem, tenent Bald. consilio 330. incipit statuto caus. libr. 1. Tiraquell. in tractatu de mort. 6. parte declaratione 6. nu. 1. cum sequent. Molin. de Hipan. primogen. lib. 3. cap. 13. à n. 17. cum sequentibus, Mieres tractatu de majoratu, 3. part. c. 24. à n. 54. cum pluribus sequentibus, ubi alios ad idem citat, & late prosequitur, & per Decian. consilio 45. num. 1. August. consil. 2. n. 6. & alios, quos allegat Peregrin. de fideicom. artic. 46. nu. 47. Bald. in l. unic. nu. 8. versiculo quero quid per accessorium, & sub nu. 16. Cod. si de moment. possess. Nicol. tractatu de concord. gloss. concord. 6. fall. 6. nu. 27. tomo 18. fol. 192. late scribit Contard. in dict. l. unica, limit. 2. & limit. 24. Ruginell. tractatu de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 168. versiculo prout etiam, & eos sequutus late prosequitur Scaccia de appell. quest. 17. limita. 6. membr. 9. per totum, Corneus, consilio 10. praesupposito statuto, n. 3. & n. 4. & lib. 4. Rota decisione 34. conclusum, nu. 5. & 8. parte 2. diversorum, & decisione 356. dominii erant, sub nu. 9. parte 1. diversorum. Quod idem dicendum est in ceteris causis possessionis, etiam sui naturae non habentibus admixtam, & connexam causam proprietatis, sed simul de utraque accidentaliter actum est in iudicio, non reluctante spoliato, & de utraque lata est sententia: nam quando, & quoties hoc in casu causa possessionis absorbetur à causa proprietatis, qualitas (quam haec habeat) sive negativa, sive affirmativa appellationis, & prevalere, & sequi debet, (quibus autem casibus causa proprietatis absorbet causam possessionis vide omnino Doctores in dict. §. naturaliter, & in d. l. ordinarii, & in dict. capite cum super, & alibi passim, & probant multi ex Doctoribus citatis,) & hanc doctrinam late prosequitur post Ruginellum, & Contardum Scaccia ubi proxime, quo loci explicat, hanc mixturam quatuor modis posse considerari. Primò, per modum cumulationis. Secundò, per modum mixti iudicii. Tertio, per modum exceptionis. Quarto, per modum mutuae petitionis, & reconventionis. Tamen quoad hunc effectum reddendi causam appellabilem mixtum solum consideratur in sententia, & huiusmodi mixtura, quae contingit in sententia tripliciter consideratur, prout Scaccia post Contard. latissime prosequitur d. memb. fol. 402. quem videbis per te.

98

99

100

101

102

103

104

105

106



favorem actoris turbati lata fuerit, an iudex vim faciet non deferens appellacioni ab utroque, puta, reo turbante, & actore turbato, in quantum contra se erat lata; non amplius, nec alias, vel an interim possit, ad executionem ejusdem sententiae possessorii devenire.

94 Et nostram doctrinam imitantes duo casus distinguuntur: nam cum de rebus profanis agitur, & lata sit dicta sententia pro reo turbante in petitorio, quoniam actor turbatus nihil de proprietate jure suo docuit, vel probavit, & vis non fiet; quia tunc sententia lata super possessorio poterit jure executioni mandari, nam praefata appellatio non suspendit praedictae sententiae effectum, cum non servatur per sententiam latam in petitorio; nihil subest quod executioni huic repugnet, ita tenent Borrigo, in dict. cap. cum dilectus, numero 15, post Joan. Calde. ab eo relatum de causa possess. & profr. quos refert Menoch. de reit. poss. rem. 3. quae. 105. si tamen pariter, & in profanis lata sit sententia in petitorio pro reo turbante, probanteque de jure suae proprietatis, tunc sententia lata in possessorio pro reo turbato exequenda minime est: ita tenent Alberi. & Butri. in dict. cap. cum dilectus, n. 15. ex auctoritate, & doctrina Speculatoris titulo de petito & possess. §. 1. versiculo quid si pro uno, & Joan. Bald. in dict. cap. cum dilectus, Menoch. ubi proxime, nu. 487. rationem reddentes, quoniam hoc modo lata super petitorio sententia illud facit potius, leg. uti fructus si usus fructus petatur, quinimo dicit Menoch. ibi, adeo hanc rem: praeferi in sua proprietate, ut suspensa executione possessorii, petitorii sententia exequenda sit, intellige si ejus naturae, & privilegii, ut appellacione non obstante exequatur, vel quando ab ea nulla est appellatio cessata, vel ultima sit sententia.

In beneficialibus autem aliter dicendum est; nam si lata est sententia in proprietate pro reo turbante possessionem, sive quia actor nihil probavit, vel quia jus ipse habet, vel non, atque dato, quod actor nihil de jure suo probavit, executio possessorii pro eodem lata retardatur, & tunc iudex debet deferre, ut affirmant Calder. & Butri. in dict. cap. cum super, & Menoch. ubi supra, cujus rei ratio est, quoniam cum beneficium sine canonica institutione obtineri non potest, nec possideri, atque sine ea injuste procedatur, cap. 2. de instit. cap. 1. de regulis juris in 6. latissime Menoch. de recipien. possessione, rem. d. 15. quae. 36. ubi multa adducit, & cum reus super institutione canonica habet sententiam pro se, jus merito resistit, & obstat actori desideranti executionem sententiae possessorii in sui favorem datae; & licet praefati Doctores loquantur in 98 iudicio redintegrandae; eorum ratio, & doctrina pertinet iudicio retinendae possessionis, quo casu in hac omni quaestione, & proxime sequenti loquuntur Doctores.

Secundo quaero: an sententia lata pro reo turbante in petitorio, & in possessorio pro actore turbato, qui a sententia petitorii appellavit: an haec appellatio suspendat effectum sententiae possessorii, adeo ut eam exequi non possit iudex? Et haec quaestio a superiori distat: quia ibi a possessorio appellavit reus, imò uterque ab ea parte sententiae, quae contra se faciebat: in praesenti autem solum appellatum est a sententia, quantum tangit proprietatem ab actore, contra quem fertur.

In qua ita breviter respondeo, quod cum lata est sententia pro reo in petitorio, quia actor non probavit de dominio, tunc sententiae possessorii executionem minime impediri, tenent omnes Doctores supra relati, quos vide pro ratione. Quando vero ipse reus probavit de dominio esse, duae sunt opiniones contrariae, an possessorii sententia sit exequenda obstante appellacione cessata in petitorio, & esse exequendam tenent Butri. in dict. cap. cum dilectus, ad fin. ante quem

Jacob. de Bellovito relatus ab Alberico in l. oritur, Cod. de rei vindic. contrariam opinionem sectante ex auctoritate Joan. Andreae, & Odofredi, a quibus eorumque ratione descendit Menoch. de reit. poss. ff. remedio 3. n. 810, videndus.

Secundo, & principaliter supra dictae regulae limitantur, quando diversitas qualitatum prohibitive, & permissivae concurrat circa principalem, & accessorium, ut puta; super rem, & ejus fructus, seu interesse quando veniunt accessorie: nam tunc idem de accessorio judicandum est, quia accessorium sequitur naturam qualitatis sui principalis, ut si in principali concurrat qualitas negativa, & prohibitiva, ad se trahit qualitatem degentem in allefforio, ut tenent, & ita probant Egidius Bosius in tract. de variis crimin. titulo de appellatio. n. 10. ex doctrina Alexand. in l. paris. & filii, ff. de vulg. & pupil. & per Bartol. in l. solent, ff. de alimen. & cib. legat. quem Egid. sequitur Lancelot. Robert. de attent. 3. parte, cap. 28. n. 130. cum sequentibus; ut de fructibus respectu rei principalis, dixit Nicol. Mil. in verbo appellari non potest a sententia lata super fructibus, fol. 17. in fin. post Anton. in quantavallis, c. sum. antepandi. vers. sed est dubium, de iurejur. dicentes quod quando non appellatur a causa principali, non potest appellari a sententia lata super fructibus, & expensis, ut tenent iterum idem de Millis in verbo appellare non potest a condemnatione, fol. 15. & est conversio, ut per Lapum allegacione 2. disput. n. 12. & Lancelot. supra num. 133.

Et in specie, quod appellatio prohibita a sententia lata super principali, intelligatur etiam prohibita ab accessorio, contento in ipsa sententia, probant Anton. de Butri. in c. quantavallis 23. sub nu. 48. versiculo sed est dubium, de iurejur. Alex. in l. paris, sub n. 4. ff. de vulgari & per Bos. in tractatu crimin. titulo de appellat. nu. 10. Caesar Contard. l. unica, limit. 1. n. 24. cod. si de moment. possess. & cumulat Rogin. tractatu de appellat. §. duodecimo, gloss. 2. c. 5. Et ea ratione, quia accessorium sequitur naturam sui principalis, & quia articulus incidens, & accessorius, regulatur secundum naturam sui principalis, & ideo, si causa principalis est summaria, omnes ejus articuli debent esse summaria. Cont. in l. 1. num. 25. Marfil. singul. 17. access. num. 2. Bartol. in l. solent, nu. 16. ff. de alimen. & cib. legat. Castren. consil. 21. n. 14. volum. 1. Ripa l. damnus, n. 4. ff. de damno infecto. Petrus Surdus decisione 27. nu. 2. Natta consil. 122. in causa possess. n. 12. lib. 1. Carpan. de statu Mediolan. cap. 25. nu. 18. fol. 35. & nos variis in locis diximus.

Facit insuper ratio tradita a pluribus Doctoribus, tenentibus, a sententia continente mixturam possessionis, & proprietatis, dari appellacionem a tota, ex eo scilicet; quia causa proprietatis sui major trahit ad se causam possessionis, ut minorem Bald. in l. unica, Cod. si de momentan. possess. n. 8. & quia ubi agitur de possessorio, & petitorio simul, causa possessionis venit accessorie ad causam proprietatis, & quod ideo sequitur naturam petitorii, quod est causa principalis. Hanc 106 reddunt Contard. in dict. l. unica, limit. 2. in princip. nu. 19. & 20. Seaccia de appellat. d. quaestio. 17. lim. 6. membr. 9. sub nu. 1. versiculo ratio hujus sublimitatis est, &c. Cujus rationis doctrina verissima est, ex qua 107 idem jus observandum erit in casu converso, ut eleganter docet Paulus de Castro consilio 39. incipit quod a sententia lata, lib. 1. post plures per eum citatos, ubi affirmant, quod licet a sententia mixturae possessorii, & petitorii licite appellatur, quando mixtura, & sic causa proprietatis incidenter, & accessorie tractatur, non atque principaliter, quia tunc non appellatur ratione mixturae. Castrensem referens sequitur Polidor. Ripa in tractatu de nocturno tempore. cap. 4. numero 100. de quo plura dixi

dixi infra 3. p. cap. 12. a num. 105. cum multis sequentibus.

108 Pro quo ex identitate rationis facit, quod quando dominium, sed titulus incidenter & limitate deducatur respectu possessionis, & ad eam justificandam, & pro ejus colore, tunc appellatio non admittatur a sententia lata in possessorio, tenet Rota, ut per Achil. de Grassis decisio. alias 246. appellacioni in possessorio de appellat. fol. 172. Caesar. Contard. in l. unica, Cod. si de moment. lim. 2. §. 8. n. 21. in fin. vers. quibus, & n. 22. 27. 28. & 29. Seac. de appell. q. 17. lim. 6. membr. 9. a. n. 109. & supra Pute. (qui loquitur in Engudia) dec. 202. in causa Platen. in fin. n. 6. licet tunc hoc possessorium non esse mixtum, sed simplex, & merum, & Sc. ubi proxime, atque Contar. l. 8. n. 14. dicunt, quod 110 possessorium in casu beneficialibus non est sui naturae mixtum, quia in eis committitur quaedam justificatio seu color ipsius possessionis, quod non facit iudicium possessorium definire esse merum, aliud enim est intentare remedium petitorii, & aliud possessionem justificare cum titulo, ubi natura requirit, probat Rota diversorum decis. 34. conclusum fuit, n. 16. in fin. & n. 17. part. & laitis prosequuntur.

111 Quod pertinet, quod in casu, quo nullitas continetur accessorie in sententia, vitium non possit appellare, quia tunc cessat ratio mixturae, seu conpationis causarum, inter quas non datur concursus ad prohibendum, vel admittendum appellacionem, tenet Contard. in l. unica, Cod. si de moment. possess. limit. 24. sub n. 38. quia appellabilitas sententiae pendet ab eo, quod principaliter agitur, & non ab eo, quod venit incidenter, seu accessorie, docet Paulus de Castro consil. 19. quod a sent. vers. ex quibus tollit, l. 1. Seaccia in tract. de appell. q. 177. limit. 6. membr. 9. a. n. 67.

112 Reddentes rationem; quia semper attendi debet, quod principaliter agitur, & non quod sit accessorie, consecutiva, & in consequentiam, si quis nec causam, & exorta Jason. n. 3. & sequentibus, ff. certum petatur, Traquell. in rubricis inter alios acta, colum. 1. & 2. versiculo sic & semper, cum sequentibus, fol. 103. Seaccia tractatu causarum civil. & crim. cap. 2. n. 173. & 296. facit lex cum ex oratione, §. si ff. de execut. tut. Bald. in l. 1. n. 5. Cod. de leprosis, & in leg. quod favore. Cod. eodem, in 7. opposito, §. ois notabilis in cap. quavis, de pactis, in 6. quom. ad verit. Gemini. ibi, Decus post plures 114 alios in l. si quis nec causam, Peregrin. in tractatu de fid. commiss. art. 37. n. 4. & facit ex hac eadem ratione, quae de articulo liquidationis incidentis in sententiae executionem exacte diximus infra, q. p. 10. per totum, ubi quod ejus executionis natura veniunt; & pariter appellacionem suspensivam non admittit.

115 Nec causa accessoria debet mutare naturam principalis, leg. nuda, C. de contrahenda stipul. & in simili proposito adducit Menochius de adspiciend. remedio 4. sed potius ipsum accessorium a principali natura immutat, ex dictis iuris leg. si plures, in fin. ff. de pactis, cui recte conducitur ea quae adduxit Everard. plures allegans in locis legalibus in loco de generalitate, fol. 34. vers. 2. de regula fallit quando illud, &c.

116 Quia cum quid prohibetur, prohibentur omnia quae sequuntur ex illo, regul. cum quid prohibetur, de regul. jur. in 6. leg. cui pacto ff. de servis export. cap. denique, d. deff. bonus textus in c. pastoralis, in fin. de appellat. de access. enim idem est iudicium, quod de principali, etiam in his, quae sunt stricti iuris, cap. de prudentia, de donacione inter vir. & uxorem nihil vol. §. cum principalis, l. cum principalis ff. de reg. jur. cap. & hoc diximus 16. quae. 7. In non dubium, Cod. de l. gi. reg. accessorium, de reg. jur. in 6. cum vulgaribus.

117 Nec enim intelligi, inveniorem esse illius doctrinae quam modo sedatus sum superius, a n. 56. ingenti Doctorum auctoritate fultam; cum in possessorio Salgado de Protect. Reg.

fructuum, vel interesse condemnatio fit, licet a possessorio non appellatur, a fructuum tantum, & interesse condemnatione omnino permittitur, & sic non sequuntur naturam sui principalis contra praecedentem limitationem.

Sed pro satisfactione attende, quod dicta Doctorum 118 sententia, & doctrina procedit in illo possessorio, in quo sui natura non patitur fructuum condemnationem, in rem. l. fin. C. de edic. Divi Adri. toll. ut ubi omnes repetentes late notant, qui non eo iudicio summarissimo, sed alio ordinario petantur, ut consequantur. Hinc est, ut non accessorium sint, sed atque principale capitulum sententiae, quo ipsi veniunt. At vero nos 119 loquimus in his casibus, quae suapte natura fructus trahunt, ac ideo cum in interdictis veniant fructus ex eorum natura l. §. ex die, ff. de vi, & vi arm. l. si putentem, §. quod ait Praetor, ff. quoad vi cau. clam. l. 3. cum ibi nota. ff. de interdictis. l. videamus, la 2. §. in Fabiana, in fin. ff. de usuris, cap. gravis, de restitutione spolia. leg. si duo, §. uti possidet, ibi, quanti ea res est, isti tradunt relati a Menoch. de recip. poss. in rem. n. 6. cum sequentibus, & de retinen. rem. 3. a. n. 286. & de adspiciend. rem. 4. n. 872. 120 Moli. de primogenitis, lib. 3. cap. 13. n. 69. alios referens, alioquin enim sequeretur absurdum, ut in omnibus remediis feret possessoris, & interdictis admitteretur appellatio, si pariter intelligerentur fructus venire in eis atque principaliter, quod non est dicendum, nec affirmandum, ut tenent Francisc. Sarmi. de resti. Eccles. §. p. c. 2. n. 27. & 28. omnino videndus, quia loquitur eleganter ad propositum, quoniam per totam illam columnam scripsit verbaliter Christophorus de Paz in tractatu de tenuta, cap. 13. n. 62. & Menoch. d. rem. 4. nu. 872. qui merito Augustinum Beronum aliud sententiam reprehendunt, quibus convenit, quod dicit Caesar. Contard. in repetitione l. uni, & C. si de moment. possess. limit. 1. sub n. 25. versiculo in hac quoque, quod fructus sequuntur naturam iudicii possessorii, quando veniunt accessorie ad illud.

Quod etiam pertinet, quod illa communiter recepta 121 resolutio, quae habet, quod in possessorio appellatio a fructuum condemnatione, aut interesse non suspendat possessorium, sed fructuum condemnationem tantum; procedit, quando utrumque per capitula separata appositum est in sententia: ita Vestrius in praxi, lib. 7. c. 3. sub n. 8. versiculo addo, quem refert, & sequitur Ruginell. de appellat. §. 2. c. 3. sub n. 223. versiculo ratione, & aperte Contard. in l. unica limit. 1. sub n. 31. & 32.

Tertio principaliter limitantur praefatae regulae, ut nec procedant in casu, text. in cap. super quaestionum, §. si vero duo, de officio & potestate iud. deleg. (cujus supra, in princ. secunda pars quaestionis principalem actionem fecimus) ubi qualitas affirmativa omnino debet praevaleat qualitati negativae, seu prohibitive, quantumvis utraque concurrat in una, & eadem periona, propter maximum absurdum vitandum, quod optime consideravit Abb. Panormit. ibi n. 5. versic. sed quare cur, &c. post Hostiens. quem ibi allegat; solemus enim a iuris regulis deviare propter absurdum vitandum: textus in l. fin. C. de arbit. post, l. fin. C. per quas personas nobis acquir. & in l. unica, §. pro secundo C. de caducis toll. leg. si quis iurandum, & l. generaliter, C. de rebus credi. §. fin. in fin. qui & ex quibus causis, & ea quae adducit Everard. in locis legalibus, in loco ab absurdo.

Cui quidem & illud conveniens est, quod quando cum iudice a quo, ex aliqua juris dispositione appellari non potest, alter iudex simul iudicet, a quo possit appellari, tunc quoad potentiam appellacionis attenditur persona huius iudicis, a quo appellari potest, tenet Sigismund. Seaccia in tract. de appellat. quae. 16. limit. 24. sub n. 7. Rebuff. in tra. de privi. scholarium, priv. 105. vers. 10. nu. 16. fol. 53. ubi loquitur in sententia lata



ab arbitrio juris, à quo potest appellari, ut dixi infra, lib. 3. cap. de arbitris, & ab altero iudice à quo appellari potest.

124 Pro complemento autem huius questionis, & materiam illud ei annexum non omittam, quod est à sententia alimentorum non licet appellari, tamen si simul eorum præstandorum fiat condemnatio, & eorundem taxatio, tamen respectu taxationis quantitatis alimentorum tantum, si nimis taxatur, habet locum appellatio, ut notat Speculator in tit. de app. §. in quibus, vers. 8. Avend. in dictio. litera G, verbo, governo, vers. quinto procedit de reg. fol. 389.

Unum tamen est notandum secundum istos, ut sententia super alimentis non exequitur, sed suspenditur executio, quousque super taxatione articulus terminetur in gradu appellationis, & hoc non alia quam hac ratione, quia cum sententia non sit liquida, non potest exequi, & his quæ latè adduxit Covarr. l. 2. variat. ros. c. 11. per totum, ac ideo necessarium est, ut ejus executio pendeat à futuro eventu, & per consequens in id tempus suspendatur.

125 Sed an isthæc Avendani doctrina vera sit, latius examinabimus infra, 3. p. c. 1. ante fin. à nu. 50. cum seqq. ubi latè iste articulus examinatur.

126 Secundò infero ex dictis regulis, conclusionibus præcipuè ex secunda, ut quando in aliqua sententia, puta, privilegiata, vel confessione partis, vel instrumenti quarentio, detur alicujus quantitatis pars liquida, & alia pars non liquida, tunc cum concurrat diversitas qualitatum prohibitiæ, & permissivæ appellationis circa diversâ, & separata, exequatur liquidum; non autem illiquidum, secundum formam, & tenorem d. regulæ secundæ supra à nobis traditæ, ita voluit Socinus. consil. 24. col. 1. vers. primo, vol. 1. & consil. 256. col. 3. vers. aliquando vel 2. Eleobar de ratiociniis, c. 3. n. 7. & text. est in leg. quidam existimaverunt de rebus creditis, & l. certum pecuniarum, & ideo iudex Ecclesiasticus exequendo partem liquidam tantum non obstante appellatione vim non facit.

127 Et ex nostra distinctione deduces rationem illius difficultatis, & frequentis questionis, quòd quando iudex in eadem sententia pronuntiat in executione instrumenti procedendum, pronuntiando sententiam additionis (quam nos de remate dicimus) & simul in eadem sententia declarat non obitare exceptiones à tertio oppositorum, pro suo interesse comparente; oppositas, super quibus cognitio est in via ordinaria, juxta l. 4. tit. 4. lib. 3. recop. & latè Gutierrez in pract. questio. lib. 1. quest. 114. per totam, Castellus in l. 64. Tauri, gl. s. allegat. per totam. Paz in pract. 4. p. 1. tom. c. 4. n. 7. Parlador. lib. 1. rerum quotid. cap. fin. §. p. 10. n. 22. quo casu

128 si dividuntur qualitates, nam tertius potest appellare à dicta sententia, licet non possit debitor executurus, & contra quem lata est dicta sententia, de remate: ita eruditè tenet C. stell. ubi proximè, versiculo si tamen tertius, & versiculo sequenti, videndus omnino, & Parlado. qui eum sequitur ubi supra, c. fin. §. p. 15. n. 2. & 3. & ex

129 his, quæ latè adducit Azev. in d. l. 4. 1. & Gutierrez loco jam relato. reprobatam communiter in tribunalibus omnibus doctrina Gondizalvi de Paz in pract. d. 4. p. 1. tom. cap. 4. n. 7. contrarium tenentis: nam cum diversitas ipsa qualitatum concurrat circa diversâ, hoc est, circa diversâ personas; prohibitiæ, scilicet, circa personam debitoris, contra quem sententia additionis latenda est: permissivæ verò circa tertium oppositorem executioni, cum pro non intelligitur appellationis remotioni, ut latè præcitat auctores comprobant, ultra quos Guener. in d. pract. q. 1. n. 11. q. 118. per totam, unaquæque qualitas in suo disposito operatur, & sortitur effectum, juxta secundam regulam, & ejus doctrinam à nobis supra traditam.

130 Unum tamen nota, quòd licet iudex Ecclesiasticus non debeat deferre appellationi à debitore emissæ; tamen sententia additionis non exequitur interim, sed suspenditur, quousque terminetur in gradu appellationis causa oppositoris, ut probant Doctores ubi proximè, quoniam ei esset maximè præjudiciale interim eam exequi; & hoc jure tutum.

131 Ultimo loco succedit tollenda difficultas, quæ viget in illa celebri, & intacta questione, an iudex vim faciat, non deferens appellationi à tota sententia, quando circa eam concurrunt diversitas qualitatum prohibitiæ, & permissivæ appellationis, & una conditionaliter ad aliam, ut puta; iudex condemnat aliquem, ut exhibeat servum, instrumentum, aliudve quid, quod si non exhibuisset, cum condemnat in centum, nam ab exhibitione non appellatur, Speculator l. 2. titulo de appell. §. in quibus autem casibus, versiculo sed nunquid in actione ad exhibendum, n. 12. ex l. 3. §. ibidem, ad exhibendum, juxta text. in l. fin. ff. de appellat. recipiendis. Gregor. Lopez in l. 2. titulo 2. p. 3. gl. 5. à centum autem condemnatione utique permissum est, ex regulis, à juribus vulgatis.

Et quòd secundo qualitas, posita conditionaliter ad aliam, assumere debeat ejus naturam: probatur primò, quia subrogatum sortitur eandem vim, & naturam illius, in cujus locum subrogatum est, l. si cum, §. injuriarum, ff. si quis cautio, cap. Ecclesia, 1. ut lite pendente, clem. 1. de supplen. negli. Prælat. cum similibus, Paul. Cast. consil. 73. repetito, consil. 265. licet ista Domina Lisa, ante fin. lib. 1. Philippus Decius consil. 190. circa primum dubium, col. 3. vers. quare hoc idem, & consil. 533. in causa proposito, colum. 2. versiculo tertio hoc confirmatur, Joan. Andr. post Ricard. in additio. ad Speculap. 2. §. nunc breviter, versiculo licet autem detur annus, Alexand. in l. ne quis, col. 2. in fin. ff. de feri s. idem consilio 42. in causa, & l. ne, colum. 1. vers. & latè tempus, l. 2. latè Felin. in c. illud, col. 2. vers. circa civiles de prescriptio. l. in §. p. nalis, n. 11. insit. de actio. & in leg. nemo potest, in secunda lectura, col. antepenult. ad fin. de leg. 1. Baldus de prescrip. p. 28. princ. 4. partis, 4. item partis princ. & quos diligenter congesit Tiraquell. de retractu lignagii, §. 1. gloss. 10. n. 79. & 80. sed secunda qualitas deficiente prima subrogatur in ejus locum: ergo debet effici ejusdem naturæ simul cum prima.

Secundò magis in specie probatur, quoniam à sententia iudicis subrogati, in locum ejus, à quo non appellatur, pariter appellatio nec admittenda est, ita ex doctrina Bar. in l. 3. §. equidem, ff. ad Tertulian. & Joan. Andr. in additio. ad Speculatorem, in titulo de appellat. §. in quibus, versiculo quid si convenerit, affirmat latè Alexand. consil. 20. colum. penult. versiculo ex quibus mihi videtur, usque ad fin. l. 4. dicens, quod licet renuntiatio appellationis, & reductio ad arbitrium boni viri, facta inter partes concernat sententiam ferendam ab arbitro, seu arbitratore: tamen idem esse dicendum in sententia, lata à iudice subrogato in locum arbitri, vel arbitratoris, argumento l. si cum, §. injuriarum, ff. si quis cautio, ergo in nostro casu idem esse dicendum, & affirmandum videtur.

Contrarium tamen videtur suadere textus dispositio in l. stipulationes non dividuntur, in princ. ff. de verb. obligat. ubi dicitur, quod stipulatio (aliquid faciendum) est indivisa, & in versicul. Celsus, dicit (ubi quid fieri stipulemur, si non fuerit factum, pecuniam dari oportere, ideoque etiam in hoc genere dividi stipulationem) ex quo patet quòd secunda qualitas conditionaliter subrogata primæ non mutat suam naturam.

Secundò facit text. in cap. super questionum, §. nos, 136 autem de officio deleg. ubi delegatus datus cum clausula (appellatione remota) si subdelegat, subdelegatus non procedit in causa cum illa clausula, sed emissæ appellationi deferre tenetur, licet sit in ejus locum subrogatus, & idem probat text. §. si verò duo, ejusdem cap.

137 Tertio, quoties aliqua dispositio, seu stipulatio ita concipitur: Si navem facere promitto, & si non fecero centum, doz stipulationes sunt, seu obligationes: textus est in leg. obligationem ferè, §. si ita stipulatus, vers. sed si navem, ff. de obligat. & actio. sed juxta doctrinam secundæ regulæ in questione principali à nobis traditam, ut nempe, quando diversitas qualitatum concurrat circa diversâ, & separabilia sententiæ capitula, unaquæque qualitas in sua operetur dispositione; ergo cum sententia hoc modo concepta duplex censetur, utraque qualitas prohibitiæ, & permissivæ, sortitur effectum suum, & naturam.

138 Quid putas, in tam ancipiti questione dicendum esse? Illud verius iudicio meo; ut ab ultima qualitate sententiæ appellationis emissæ deferatur: nam licet duo capitula sint sententiæ, tamen unum est ab alio dependens: & conexum, unum purum, aliud conditionale: primum purum, conditionale autem posterius, & unius defectus est causa, ut alterum subsistat, & sic ex corruptione unius, alterum generatur: cum enim primum qualitas ponatur pro conditione secundæ, hinc est, ut ea deficiente, sola secunda maneat in sententia, probat text. in argumento in d. l. obligationum ferè, §. fin. ff. de obligat. & actio. ad hoc igitur, ut secunda qualitas attendatur, & vires suas habeat, necesse est, ut prima, quæ est posita in conditione secundæ, deficiat. Cum igitur prior causa perit, qualitas ei adjuncta non subsistit; quia non entis nullæ sunt qualitates, nec hæ

139 possunt esse sine subiecto, quo casu secunda dispositio, conditionis existentia impletur, quod omnimodo contingit, si condemnatus appellat, si quidem quando ita sententia concipitur: Si non exhibeat, contra eum iudicetur in rem, vel tot solvat, &c. est conditio potestativa, collata in condemnati potestatem, & voluntatem: quam per appellationem demonstrat, & manifestat, ut ei stare non velit, nec parere, textus in l. 1. c. toto tit. ff. & c. decretalibus de appellat. firmat Natta consil. 108. viso themate, n. 2. & sequentibus, Ruinus consil. 84. quaeritur utram, sub nu. 3. lib. 5. & est textus in l. 1. ibi, appellare enim debuisti, si sententia vobis displicebat, c. si sapius in integ. resl. postu. unde cum voluntas per

140 contrarium actus primæ qualitati opponatur, secunda, quæ ejus defectum superat, ut convalescat, & adimpleretur, sola manet in sententia (prima peremptoria) ex dict. §. fin. cum juris vulgaribus. Ideoque effectus secundæ qualitates attendendus est, ut siquidem prohibitionem dicit, prohibitionem operetur; tamen si appellationis permissionem, ei deferatur. Quæ resolutio mirificè comprobatur ex illa doctrina, quòd quando actio competit minori ad mobilia, & immobilia alternativè, attenditur finis, & effectus, ad hoc, ut in ejus alienatione decretum requiratur, & sic an debitor malit solvere immobile, ac mobile, quia exitus, finis, & effectus attenditur: ita resolvit B. Alberi. Angel. Ill. & ceteri in l. si legatum, §. fin. de legat. 1. Arelin. in l. 1. c. si advers. tranfact. B. in l. si ex legat. causa, n. 6. de verb. oblig. Alexand. in l. à Divo Pio in venditione, not. 1. de re judic. Card. Alban. in lucubratis, in B. ad d. l. si sic, §. fin. Alexand. consil. 126. visis, lib. 1. & consil. 53. lib. 3. Turzan. in suis comm. opin. 2. & per l. in l. eris, ff. de fundo dota. Tiraquell. tract. de utroque retract. in pri. p. retract. conventio. in fin. n. 22. optimè Simoncellus tract. de decretis, l. 1. tit. 4. n. 5. attenditur igitur natura ejus alternativè, quod solùm remanet in dispositione.

141 Quæ doctrina satis etiam comprobatur ex his, quæ supra, hoc capite adduximus circa possessorium habens

causam proprietatis annexam, & possessorium simul una sententia cum petitorio terminatum: quando hoc illi absorbet, ex autoritatibus ibi relatis, quia in præfenti questione una sola qualitas, & sic conditionalis, posterior nempe; quæ sub conditione concipitur, in sententia remanet, ambæ enim minime simul vigere, & prævalere possunt, sed conditionalis tantum, pura deficiente. Quam resolutionem veram esse questionis tam difficultis, & intactæ propositi, arbitror uniformem doctrinis hoc in capite relatis, quam volo, ut extendas ad ceteras qualvis sententias, quibus diversitas qualitatum sit opposita, & una pro conditione alterius, vide inferius, à n. 148. ubi alia adducuntur in comprobationem.

Et ex hucusque dictis, & præcipuè ex resolutione hujus difficultatis, alia frequens vinci potest, ex paritate, & identitate rationis, ut scilicet, idem sit dicendum, quando una qualitas ponitur, non alternativè conditionaliter ad aliam: ita & una duntaxat habitura fit effectum (ut modò diximus), sed quando duæ qualitates apponuntur in sententia, ita ut utraque sortitura sit effectum, successivè tamen, una post aliam, ut puta, quando in remedio l. fin. Cod. de dictio. D. Adri. lata est sententia, ut hæredes mittantur in possessionem pro indiviso, eaq; facta cum effectu inter cohæredes, seu obligantes, fiat honorum partitio, ff. divisio, quia tunc cum unaquæque qualitas sola existat per se, diversisque temporibus, & respectibus operatur, & circa diversa capitula, unaquæque etiam operatur respectu appellationis, secundum uniuscujusque juris dictamen, ut appellatio à possessione non suspendat executionem, à petitione autem illam suspendat; quia tunc nulla datur mixtura, sed omnimodo divertitur; & ita communiter practicatur, prout praticari videmus quotidie.

Non igitur obitant quæ supra, de subrogatione diximus, cui uno verbo responderi potest; scilicet, ut illa doctrina procedat, quando in utroque datur habitas, & cum in altero ex his adest prohibitio appellationis, non habilitatur per subrogationem; qui enim non potest esse iudex principaliter, nec esse potest per subrogationem alterius, ita tenent Joan. Andr. & Geminian. in cap. statutum, §. in nullo, de rescripti in 6. Felin. in c. alim, de exceptioni in versiculo allegato, idem Felin. in c. si pro debilitate, de officio delegati, n. 1. col. versiculo quorurum delegat. n. 2. & aliqui per Doctores, & sic paritas rationis requiritur in subrogato, & in eo, in cujus locum subrogatur, ut ejus naturam sapiat, & sortiat, adeò ut si subrogatus in aliquo discreparet, in eo non sortitur naturam eandem, licet in aliis sit ita dicit Paul. de Castro consil. 73. repetito consil. 265. incipit, licet ista Domina Lisa, paulo ante fin. lib. 1. Philippus Dec. consil. 190. circa primum dubium, col. 3. versiculo 4. hoc idem, & consil. 543. incipit, in casu proposito, colum. 2. vers. 3. hoc confirmatur. Tiraquell. in tract. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. nu. 80. & ideo nihil mirum, ut cum hæc duæ qualitates, una in locum alterius subrogata conditionaliter, inter se in omnibus discrepent, ut contrariæ, quia unam prohibitio regit, alii permissio prædominetur, alterius naturam non sapiat, nec participet, sed in sua propriæ meris limitibus contineatur.

Et nostram resolutionem supra traditam questionis à n. 138. videtur probare text. qui sic potest intelligi in leg. creditor. §. justus (omnino videndus) ff. de app. l. 9. tit. 2. p. 3. vers. pero si el demandado, ibi: O mas fuisse demandado en no mostrar, ò no entregar aquella cosa, que le demandavan en juicio, empero lo condenase el juzgador en tão quanto jurasse la otra parte, que el menos citava por no le ser mostrada, ò entregada aquella cosa, assi como demandavan, si de tal juicio, como este aquel contra quien es dado, se quisiese alçar, bien lo puede saber, &c. ubi dicit Greg. Lopez, gl. 7. per text. ibi, quod si, qui non exhibe

142

143

144

145

146

147

148

149

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157



res, condamnatur ad interesse, procederet appellatio, referens Imolan in d. l. creditoris s. iustus, colum. fin. ff. de appell. idem dicit Speculator in titulo de appell. s. in quibus, versiculo sed nunquid in actione ad exhibendum, n. 12. qui omnes possunt sci intelligi, ut loquantur; quando in una, eadem sententia una qualitas conditionaliter alterius loco subrogatur, ut superius probavi.

150 Quibus quidem mirabiliter convenit, quod per Alexand. in consilio 31. in fin. 2. vol. dixit Marant. in speculo judic. p. titulo de executione sententiae, n. 62. ubi affirmat, quod si iudex posuit poenam, in casu, quo ejus sententia non pareretur, si non pareretur, non poterit fieri executio ad talem poenam, ubi loquitur de sententia, quae executionem meretur, per totum illum discursum, quae quidem doctrina non parum habet opinionem comprobare, & autorizare consue. Vide sursum a nu. 138. cum seqq.

151 In commutatione autem poenae impositae per unam sententiam distinctivam, quando propter pauperitatem in aliam poenam, puta, corporalem commutatur per aliam sententiam, ut nunc ista sententia secunda, & poena ejus, quoad appellationem sortiatur naturam primae dicit Bart. in consilio 101. num. 2. & bene; alia autem causa facta cum notatione per duas sententias aliter disponit, quia est nova causa, & nova accusatio. Vide eundem, qui licet distinde procedat, tandem ita resolvit, quae non examino, quia nostrae quaestiones non est; & de hujusmodi commutatione condemnationis in poenam corporalem ob defectum solutionis

152 poenae propter pauperitatem, vide lausimam Prosperi. Farinae. pract. crim. tom. 1. q. 26. d. n. 1. cum sequentibus, qui casus difficultatem non habet, cum alia sententia ferenda sit in defectum.

153 Secundo limitatur nostrae quaestiones resolutio, ut procedat; quando adhuc a sententia admittitur appellatio, devolutiva saltem: non tamen quando sumus in sententia ulterius appellationem non admittente; puta, quia vel est ultima ex tribus conformibus, vel transacta in rem judicatum: quia tunc qualitas conditionaliter apponita in eadem sententia non potest ultra naturam iudicii, & sententiae, operari, quae nullo modo appellationem admittit, ut putat; quis propter delictum condemnatur in centum, quae si non solverit intra mensem, condemnatur ad trimeses, aut exilium: nam cum exilium pariter sit poena, ac centum condemnatio, termino transacto non facta centum solutione, in poenam comminatam exilii, aut trimesis fiet executio; multa cumulans late prosequitur Prosper. Farinae. pract. crim. tom. 1. c. 26. d. n. 13. cum sequentibus, & a princ. & nos late etiam diximus infra q. part. c. 11. a nu. 47. versiculo sed quid dicendum in sententia, quae quis est condemnatus, &c. & probant Angel. in repet. l. nemo carcere, in 1. colum. C. de exact. tribut. lib. 10. per gloss. in l. fin. Cod. de iudicis, Specul. in titulo de sentent. s. 1. vers. sed nunquid si iudex, n. 5. quem refert Abb. in 1. p. stat. qu. 97. quae incipit, quae an valeant condemnationes, &c. Augusti. ad Angel. de malefic. in verbo, quas si non solverit cum quanto pluri. n. 4. & post Augustin. pariter refert Carr. in practi. s. fin. quae s. 97. vers. quae, nunquid valet sententia, in fine illius versiculi; Flamin. Carrar. in tractatu de execut. sentent. cap. 10. d. n. c. fin. nu. 288. & per Bart. in l. cum duabus, s. no. nu. 2. ff. pro soc. & in leg. si frater, s. idem respondit, per illum text. ff. de Angel. in leg. si quando, s. haeres, ff. de legat. 1. & in l. si insulam, ad fin. ff. de verb. obligat. Alexand. in l. non solum s. morte, circa finem ff. de oper. novi nuntiatio. Roma. in l. 1. s. post operis, ff. eodem, refert, & sequitur Jaf. in s. poenalis, nu. 47. & 48. & ibi in additio. litera P. in iust. de actio.

155 Unum tamen pro complemento, & declaratione hujus materiae non omittam necessarium, nempe, quoad potentiam, vel impotentiam appellandi, non attenditur qualitas diversitas, seu earum mixtura contenta in libello, seu articulis, & probationibus, sed tantum qualitatim diversitas & mixtura contenta in sententia; optimum Cornei consilium 10. praesupposito statuto, n. 3. versus fidem, & n. 4. l. 4. quem refert, & sequuntur Rota decis. 34. consilium, n. 5. & 8. & apertius n. 9. p. 2. diversorum, latius Casar. Contard. in leg. unica, limit. 2. s. 5. sub num. 11. versiculo aliquando, & n. 12. cum sequentibus, Scac. tractatu de appellat. q. 17. lim. 6. mem. 9. n. 6. fol. 403. inferentur de eo, quod a sententia manifeste lata in possessorio, non possit appellari: licet utrumque petitio, scilicet, & possessorium, fuerit intentatum; in petitione, & articulis, subdens rationem Rota, quia non appellatur ab articulis, seu petitione, sed a sententia, & cum non pronuntiaverit super deductis in articulis, & petitione, debeat appellari ab omissione, ut refert Contard. ubi proxime, dicens, quod respectu concedendae, vel denegandae appellationis a sententia lata in iudicio possessorio; non considerantur libelli, aut probationes factae super dominio, quia non a libello, aut probationibus datur appellatio, sed a sententia. Unde, inquit, licet in libello, vel articulis accumulatur cum possessorio; tamen si iudex pronuntiat super possessorio duntaxat, non erit admittenda appellatio, & ipse Contard. ulterius, n. 15. & 17. inquit 157 quod in casu contrario; puta, si esset intentatum solum possessorium recuperandae, & sententia per iudicem extraheretur ad dispositionem, l. si quis in tanta, possit appellari, quia sola sententia attendenda est.

Haec tamen conclusio tripliciter fallit, ut nempe, in sequentibus limitationibus magis attendenda sunt ea, quae sunt extra sententiam, quam ea, quae sunt expressa, in sententia. Et prima est, quando sententia est lata simpliciter super aliquo remedio possessorio, quod habet indivisibiliter admixtam causam proprietatis, juxta ea, quae scribit Contard. in d. l. unica. limit. 2. s. 9. sub num. 2. C. si de moment. possess.

Secunda limitatio est, quando sententia est generaliter lata, non se restringens ad unam qualitatem, possessorium, aut petitio, quia tunc refertur, & restringitur ad prosequuta, l. licet 2. C. de iudicis, Philippus Franchinus in c. dilectio sub nu. 107. quae s. 48. de appellat. Casar. Contard. in d. l. uniu. limit. 24. n. 42. Scac. d. q. 17. limit. 6. mem. 9. sub nu. 8. & faciunt per ipsum scripta mem. 6. sub num. 59. & 60.

Tertia limitatio erit, quando sententia potest recipere divisionem juxta formam petitionis, quia tunc sententia regulatur a petitione; & idcirco quot sunt capita in petitione, tot censentur sententiae, ut per Rebuff. tractatu de sentent. executione, artic. 16. gloss. 5. n. 2. tom. 1. fol. 417. Caravi. super ritu 267. nu. 10. quae s. 3. & faciunt quae Foller. tractatu de censibus, in verbo census, num. 115. & sequentibus, tom. 6. p. 2. fol. 416. & Virgin. Bocc. tractatu de inter. ubi possid. cap. 13. n. 67. tom. 3. p. 2. fol. 321. & hunc articulum, ut attendi debet qualitas sententiae, non iudicii, late (sequuntur Contard.) prosequitur Scac. quaestio. 17. limit. 6. mem. 9. d. num. 6. cum sequentibus, qui num. 18. bene advertit quod qualitas sententiae non attendatur, quando causa jam est semel effecta appellabili: quia tunc non amplius consideratur qualitas sententiae, sed attenditur solum qualitas causae jam factae appellabilis, per ea, quae ipse congerit limit. 47. mem. 1. sub nu. 111. usque ad num. 116.

Et ne decipiaris, attendere debes ad ea omnia, quae late in hoc capite dicta sunt, quae generaliter comprehendunt diversitatem qualitatum, reperiam in sententia, cui merito regulas, & limitationes post longam disputationem adhaeremus. Quam quaestione vix tangunt Doctores, cum omnes ferè loquantur in mixtura duntaxat possessionis, & proprietatis: in qua adhuc

namis varii, & confusi monstratur, (quod nos pro uno quaestione membro, imò limitatione resolutionis nostrae quaestione duntaxat scripsimus supra) ut vix quid certum sit sequendum, aperiant ipsi.

CAPUT VIII.

A sententia lata in casibus, quibus a jure, vel ab homine denegatur audientia: appellationi interposita, an iudex Ecclesiasticus, vim faciat, si non deferat: ubi de aliis dispositionibus verbis, sub quorum involucro tacite appellatio sublata intelligatur.

SUMMARIUM.

- 1 Audientia cui a jure denegata, denegari simul appellationem, qui indistincte teneant.
2 Et tunc causare attentata hujusmodi appellationem.
3 Processus in favorem ejus, cui a lege viva, vel mortua denegatur audientia, est nullus ipso jure.
4 Secundum magis communem opinionem.
5 Exceptio seu defensio an possit denegari per statutum.
6 Audientia denegans statutum creditori si non agat intra tot tempus, an valeat.
7 Audientia denegata quoad agendum duntaxat recipit appellationem.
8 Audientia ubi denegatur in agendo, & excipiendo simul denegata censetur appellatio.
9 10 & 11. Fundamenta, quibus Doctores fundantur, ut denegata audientia in excipiendo, & agendo simul, sit denegata appellatio impugnetur.
12 Audientia denegata quoad agendum tantum, non censetur denegata appellatio juxta communem, quae defenditur.
13 Cap. pastoralis, s. verum, de appella. interpretatur.
14 Audientia denegata quoad agendum tantum, non censetur prohibita appellatio quoad alios articulos.
15 Agere improprie dicitur, qui exceptione utitur.
16 Verbum videtur, denotat improprietatem.
17 Audientia denegatur excommunicato, ut actori, & ut reo voluntario.
18 Reus voluntarius quis dicatur.
19 Tertius reus voluntarius excommunicatus non potest executioni sententiae comparere, ibid.
20 Novum opus nuntians excommunicatus an in iudicio comparens audiat.
21 Audientia si denegatur tam in agendo, quam in defendendo, & excipiendo, appellatio denegata intelligitur, secus quando in agendo tantum.
22 Audientia ubi universaliter denegatur, censetur etiam denegata appellatio.
23 Generalitas, quae propter medium habile verificatur in qualibet sua specie indistincte operatur.
24 Generalis lex comprehendit causas, & personas privilegatas quae specialiter in eo casu non reperiuntur habere privilegium.
25 Generalis dispositio includit omnes causas, licet in uno major reperitur ratio, quam in alio.
26 Generalis dispositio etiam odiosam generaliter intelligitur.
27 Et in penultimis.
28 Interpretationem latam provenientem ex proprietate verbo: unum non excludit materia odiosa.
29 A iudice denegante audientiam in agendo a jure denegatam, appellatio non admittitur.
30 Appellatio non verisimilis, & habens contra se jus commune, non causat attentata.
31 Frustra speratur id, cujus eventus nullius est effectus.

- 31 Demolitionis aedificii constructi post nuntiationem non vi operis sententia an admittat appellationem.
32 & 33 Novi operis nuntiationis causa recipit appellationem suspensivam.
34 Appellatio prohibita a causa principali, censetur prohibita ab incidentibus.
35 Audientia ubi denegatur in agendo tantum, non censetur denegata appellatio.
36 Operis novi post nuntiationem gesta revocantur per viam attentati.
37 Attentatorum revocatoria sententia an recipiat appellationem.
38 A sententia demolitionis novi operis denegatur appellatio.
39 Opus aedificatum post nuntiationem, revocatur per viam attentati.
40 Attentatorum revocatio respicit abbreviationem litis.
41 Operis novi nuntiatio celeritatem desiderat.
42 Operis novi nuntiatio non recipit appellationem suspensivam.
43 & 44. Quam opinionem praxis diu recipit.
45 & 46. C. significat. de novi operis nuntiatio. interpretatur.
47 Nuntiatione sprete novi operis, quando quis agit patitur de jure principali omnia vi attentati, cessat attentatum, & appellationis prohibitio.
48 A demolitionis sententia aedificii constructi post nuntiationem appellatio est prohibita duntaxat, non tamen generaliter in omni materia nuntiationis novi operis.
49 Et tunc in odium ipsius, qui iudicem contempsit.
50 & 51. Text. in c. significanti. verus sensus restituitur, reprobat Innocentio.
52 L. 1. s. sed si is cui, ff. de operis novi nuntiatio. interpretatur, & seqq.
53 Iudicium nunc constat ex duobus reis tunc sine actore.
54 Iudex an vim faciat cognoscens de nuntiatione novi operis, quod Clericus nuntiat.
55 Et quid de militie, vel alio privilegiato nuntiate.
56 Attentatorum a revocatoria sententia an appellatio suspensiva admittatur.
57 Silentium perpetuum ubi est oppositum a denegante audientiam, non est licita appellatio.
58 Clausula perpetui silentii praestat exceptionem denegatae audientiae.
59 Agendi tempus an iudex possit limitare, & aliter ponere perpetuum silentium.
60 Silentium perpetuum tollit simul appellationem.
61 Fraudem & turpitudinem sua allegans non auditur.
62 A iudice repellente allegantem turpitudinem suam non admittitur appellatio.
63 Fraus propria in vim exceptionis bene proponitur.
64 A peccato desistens, an audiat suam allegans turpitudinem.
65 Reconventioni respondere nolenti denegatur audientia.
66 A poena legis appellare non licet.
67 Contraria allegans non admittitur appellans a refectione.
68 Contraria, & diversa an actor, & an reus allegans audiat, & quid incompatibilis, & de aliis remissis.
69 Appellans comparens coram inferiori, si professetur dicto, vel factio, non censetur appellations renuntiare.
70 & 71. Cap. sollicitudinem de appellat. interpretatur.
72 Creditor non auditur volens impedire sepulchrum cadaveris, donec sibi solvatur, nec auditur appellans a repulsionem.
73 Cadaver sepulchrum celeriter desiderat.
74 Cadaver non est sequestrandum, etiam si bona non adsint, quibus satisfiat creditoribus.
75 Cadaver usurarii potest sequestrari per iudicem Ecclesiasticum, donec haeres caveat de satisfaciendo.
76 Contumax vetus non auditur appellans.